

ÉCOLE NATIONALE DES CHARTES

Camille Poiret

*Diplômée de master*

LE SANCTORAL DE L'ORDINAIRE DE SAINT-VICTOR  
DE PARIS : ÉDITION CRITIQUE ET COMMENTAIRE

ANNEXES

Thèse pour le diplôme d'archiviste paléographe

2011

## I. TABLES DES STATUTS LITURGIQUES VICTORINS

Le *Liber ordinis sancti Victoris Parisiensis*<sup>1</sup> propose une série de prescriptions liturgiques n'ayant pas leur place dans le corps de l'ordinaire. Rédigé dans la seconde moitié du XII<sup>e</sup> siècle, le coutumier met déjà en place un certain nombre de préceptes touchant à l'organisation du culte. Il ne détaille pas les lectures et les chants, puisque ce n'est pas son objet, mais détaille la répartition des rôles, le comportement à observer pendant les heures canoniales, les fêtes doubles, la fréquence de la communion, l'organisation de matines, le culte à la Vierge, etc. Ces prescriptions recoupent partiellement celles contenues à la fin de *V1*.

Les prescriptions contenues à la fin de *V1* ont été sans doute compilées peu de temps après la rédaction de l'ordinaire. « La première est de la main primitive, mais les suivantes se sont accumulées progressivement, jusqu'au milieu du XIII<sup>e</sup> siècle »<sup>2</sup>. Ces statuts émanent des chapitres généraux de l'ordre victorin, d'où la forme de compilation, avec ajouts successifs par des mains différentes (ou des plumes différentes maniées par la même main). Cela explique également la forme de ces statuts : contrairement à l'ordinaire, dont la composition est soignée (alternance bleu/rouge strictement respectée, initiales filigranées avec soin), les statuts compilés à la suite de celui-ci sont ajoutés sans rubrique (un titre est parfois mis en marge par une main postérieure), sans décor<sup>3</sup>. Ces prescriptions, qui trouvent donc un écho dans le coutumier, sont également reprises telles quelles<sup>4</sup> dans le ms lat. 14810 (datable par son décor autour de 1240), un manuscrit composite contenant ces prescriptions mais aussi un diurnal et le *Liber ordinis*<sup>5</sup> de l'abbaye. Cette transposition, au milieu du XIII<sup>e</sup> siècle, dans un manuscrit de règles et de prescriptions coutumières plutôt que purement liturgique, témoigne du problème qu'eurent les victorins avec celles-ci : tiraillées entre deux ouvrages

---

<sup>1</sup> Le *Liber ordinis sancti Victoris* (coutumier) est édité : *Liber ordinis sancti Victoris parisiensis*, éd. Luc JOUQUÉ et Louis MILIS, Turnhout, Brepols, 1984 (CCCM, 61).

<sup>2</sup> LEBIGUE (Jean-Baptiste), « Le modèle liturgique de Saint-Victor de Paris et son adoption par l'ordre des trinitaires », à paraître dans *L'influence et le rayonnement de l'école de Saint-Victor de Paris au Moyen Âge*, Actes du colloque international du CNRS, 24-27 septembre 2008, Turnhout, Brepols, 2010 (Bibliotheca Victorina).

<sup>3</sup> Voir commentaire, partie I - D.

<sup>4</sup> A peu de choses près.

<sup>5</sup> Voir la notice de ce manuscrit dans *Liber ordinis sancti Victoris parisiensis*, *op. cit.*, p. XXXIX.

très strictement définis, dont les usages sont précisément cernés, ces prescriptions ne trouvent leur place qu'en annexe d'autres ouvrages.

L'un des éléments récurrents du *Liber ordinis* et de ces prescriptions est la répartition des rôles lors des différents offices au cours de l'année entre les chanoines. Le rôle de prêtre-hebdomadier est notamment l'un de ceux qui semble le moins désiré, puisque le coutumier lui consacre une bonne partie de son chapitre 29 (« *Quos debeat armarius scribere in tabula in sabbato* »). On perçoit très bien au travers de ces différentes prescriptions, qu'elles émanent du coutumier ou de *V1*, l'importance pour les victorins que prend cette répartition des rôles. Il faut vraisemblablement lire dans le fait que l'on rappelle sans cesse ces règles le peu d'empressement des chanoines à se désigner eux-mêmes pour remplir ces fonctions.

Les statuts contenus dans *V1* et les prescriptions du coutumier se recourent entre eux à plusieurs reprises, notamment le chapitre 54 du *Liber ordinis* (« *Fratres ad matutinas* ») qui contient le même type de précisions ou encore le chapitre supplémentaire à la fin du coutumier<sup>6</sup> « *De processionibus* » qui contient des précisions sur l'organisation et les occasions des processions, et qui recoupe les chapitres qui leur sont consacrées dans les statuts de *V1*.

On note enfin la présence à la fois dans le *Liber ordinis* (ch. 76, « *Forma professionis sollempniter profitenda* ») et dans les statuts de *V1* de la profession de foi des novices.

---

<sup>6</sup> Dans certaines de ses variantes seulement.

I. Liber Ordinis

- ch. 26 : « *Quomodo se debeant habere fratres in horis regularibus* », p. 134
- ch. 27 : « *De silentio horarum regularium* », p. 136
- ch. 28 : « *De libro circumferendo ad matutinas* », p. 137
- ch. 29 : « *Quos debeat armarius scribere in tabula in sabbato* », p. 138
- ch. 32 : « *De privatis missis, quando debeant cantari* », p. 152
- ch. 33 : « *De hora capituli* », p. 153
- ch. 42 : « *De communionem* », p. 196
- ch. 43 : « *Quo ordine die Dominica aqua benedicatur* », p. 200
- ch. 44 : « *Quomodo se habeant in festis duplicibus* », p. 203
- ch. 47 : « *De versiculis, quo ordine et a quibus dicantur* », p. 210
- ch. 48 : « *De lectione mensae* », p. 211
- ch. 52 : « *Quomodo se debeant habere in horis regularibus* », p. 220
- ch. 54 : « *Fratres ad matutinas* », p. 224
- ch. 55 : « *Qualiter se habeant fratres ad horas de sancta Maria* », p. 230
- ch. 57 : « *Qualiter se habeat conventus ad missam matutinalem* », p. 234
- ch. 58 : « *Qualiter ad maiorem missam conventus se habeat* », p. 236
- ch. 59 : « *Qualiter fratres ad vespas et ad vigiliis defunctorum se habeant* », p. 239
- ch. 60 : « *De vespas maioribus et de sancta Maria* », p. 241
- ch. 70 : « *Quomodo fiant vigiliae* », p. 266
- ch. 71 : « *Quomodo agantur matutinae* », p. 267
- ch. 73 : « *De missa pro defuncto, qua hora celebretur* », p. 269
- ch. 76 : « *Forma professionis sollempniter profitenda* », p. 282.

## II. Ordinaire

- f. 325v - 326 : *ordo* pour la commémoration solennelle des frères défunts.
- f. 326 : serment d'entrée à l'abbaye d'un novice<sup>7</sup>.
- f. 326v-327 : « *De lectionibus ad mensam* » : programme des lectures bibliques sur l'année.
- f. 327-327v : « *De processionibus episcoporum* » : prescriptions des processions solennelles.
- f. 327v : « *De processionibus* » : prescriptions pour la réception des processions parisiennes qui viennent à l'abbaye pour la Saint-Victor
- f. 327v-328 : prescriptions diverses pour les Quatre-Temps.
- f. 328 : « *De missa matutinalis* » : prescriptions générales pour les messes matutinales.
- f. 328v-329 : « *De defunctis* » : prescriptions pour les défunts selon leur rang.
- f. 329 : « *De processionibus* » : prescriptions pour des processions exceptionnelles requérant une intercession.
- f. 329-329v : « *De consecratis altaribus* » : prescriptions pour la consécration des autels
- f. 329v-330 : « *De ablutione altaris* » : prescriptions pour la cérémonie de l'ablution des autels.
- f. 330-333 : « *Quedam noticiam...* » : notifications diverses sur les messes matutinales, des détails de certaines fêtes, les suffrages aux saints, certains psaumes à ne pas dire à certaines époques, le *Te Deum*, les prostrations, les périodes de jeûne, mais surtout la répartition des rôles dans les offices et les messes, selon la solennité choisie et la période (Avent, Carême, Pâques, Pentecôte, Quatre-Temps).
- f.333v-335v : modèles de tables pour ce qui doit être prescrit aux hebdomadiers<sup>8</sup>.

---

<sup>7</sup> Cf *Liber ordinis*, ch. 76, « Forma professionis sollempniter profitenda », pp. 282-283.

<sup>8</sup> Pour chaque type d'office (dimanche, Noël, Quatre-Temps, etc.), le nom d'un frère, laissé en attente dans ces

- f. 336 : texte attribué à saint Bernard de Clairvaux sur la façon de psalmodier.
- f. 336v : prescriptions pour l'utilisation des cloches.
- f. 337-341 : « *Fratres in obedentiis...* » prescriptions générales et interdictions faites aux frères de l'ordre victorin.
- f. 341v : notations musicales pour la messe du commun de la Vierge *Salve sancta parens*.
- f. 342-343 : il s'agit de deux feuillets utilisés comme gardes, qui évoquent notamment le jeûne.

---

modèles (« *Frater N.* »), doit correspondre à une pièce liturgique à chanter ou à lire.

## II. TRANSCRIPTIONS DES STATUTS CONTENUS DANS V1

[f. 325v]

**Pro omnibus fratribus nostris**, kalendis septembris, commemoratio sollempnis in conventu fiat et ab unoquoque sacerdote xv misse infra annum ; a ceteris vero, xii psalteria dicantur [f. 326] ; qui vero psalterium nesciunt, duodecies cl<sup>ta</sup> *Miserere mei, Deus* ; qui ipsum ignorant, totiens *Pater noster*. Pro patribus nostris, matribus, fratribus, sororibus et omnibus parentibus et amicis nostris, semel in anno sollempniter in conventu plenarium agitur vi NONAS JULII, et ab unoquoque sacerdote una missa pro omnibus privatim cantatur ; a ceteris quadraginta psalmi ; ab his qui psalmos ignorant totiens *Miserere mei, Deus* ; qui ipsum nesciunt, totiens *Pater noster*.

Si qua vigilia pro qua solet conventus jejunare die dominica contigerit, sabbato precedenti jejunium observetur.

Si festum sancti Victoris sit in die dominica, passio ejus ad mensam legatur et expositio euvangelii de dominica ad cenam.

Quando missa matutinalis alicujus sancti aliqua die non festiva contigerit, si sit anniversarium eadem die vel servitium pro presenti defuncto eveniat, in aliam diem transferantur quasi esset festum novem lectionum. Armarius autem provideat ut cum scribendum est aliquod anniversarium vel commemoratio sollempnis, tali die scribat ut missa matutinalis pro defunctis possit cantari sine intermissione misse alicujus sancti.

**Ego frater N** clericus — vel si alterius fuerit ordinis, similiter dicet — stabilitatem corporis mei ecclesie Beati Victoris promitto coram Deo et sanctis reliquiis ejusdem ecclesie in presentia domni N prelati et ceterorum fratrum, et emendationem morum meorum precipue in castitate, in communionem, in obedientiam, secundum gratiam michi collocatam a Deo et facultatem virum mearum<sup>9</sup>.

---

<sup>9</sup> Cf *Liber ordinis*, ch. 76, « *Forma professionis sollempniter profitenda* », pp. 282-283.

**Sero in vigiliis.** In illo anniversario quod pro fratribus nostris sollempniter agimus, prior [*sic pour prius ?*] dicatur oratio *Deus indulgentiarum*<sup>a</sup>, secunda *Inclina, Domine*<sup>b</sup> pro defunctis benefactoribus, tertia communis.

In illis diebus quibus ad missam euvangelium legitur, de quo expositio habetur, si expositio illa ad matutinas tota lecta non fuerit, aut fere [*f. 326v*], legatur in refectorio.

---

<sup>a</sup> CO, n°1251.

<sup>b</sup> CO, n°3113, 3114, 3116b ou 3116c.

### **De lectionibus ad mensam.**

In adventu Domini legatur Ysaïas, XII prophete, sermones de Adventu et sermones Origenis super Ysaïam.

A natale Domini usque ad octabas Ephiaphanię, euvangeliorum expositiones et sermones tempori congruentes.

Ab octabis Epiphanię usque ad Septuagesimam, legatur expositio Agustini super psalterium.

A Septuagesima usque ad *Isti sunt dies*, legantur v libri Moysi et cetera que secuntur usque ad librum Regum, et omelię Origenis super Vetus Testamentum, et expositiones euvangeliorum, et sermones ad Quadragesimam pertinentes.

Ab *Isti sunt dies* usque ad Pascha, legatur Jeremias et expositio Agustini de passione Domini, et expositio Lamentationum, et sermones de Passione.

In ebdomada Paschę legantur sermones et expositiones euvangeliorum et epistolarum illius septimane.

Ab octabis Paschę usque ad Ascensionem legatur Apocalipsis et expositio super epistolam Johannis, et expositio Augusti super epistolas Pauli. [Note marginale de la même main :] Finita expositione super epistolam Johannis, solemus incipere epistolas Pauli. Quando vero cantatur historia *Narrabo*, incipimus cantare epistolas. Quibus finitis, legimus de epistolis Pauli.



Ab ascensione Domini usque ad Pentecostem legantur Actus apostolorum et sermones de Ascensione.

In ebdomada Pentecostes legantur expositiones euvangeliorum et epistolarum et sermones ad illud tempus pertinentes.

Ab octabis Pentecostes usque ad kalendas julii legatur liber Regum et omelie Origenis de eodem libro, et postea liber Paralipomenon.

A kalendis julii usque ad kalendas augusti legantur Proverbia Salomonis et Ecclesiastes et liber Sapientie, idest *Diligite justiciam*, et liber Jhesu filii Syrac, et expositio super Ecclesiasten.

A kalendis augusti usque ad kalendas septembris legatur Job et Moralia.

A kalendis septembris usque ad kalendas octobris legatur liber Tobie et Judith et Ester et Esdras.

A kalendis octobris usque ad kalendas novembris legantur duo libri Machabeorum et quatuor libri Euvangeliorum, exceptiss passionibus Domini.

A kalendis novembris usque ad kalendas decembris legatur Ezechiel et Daniel et expositio [f. 327] super Ezechielem.

Et notandum quod historie et cetera qui in çcclesia leguntur non debent legi in refectorio donec in ecclesia incipientur. Si ea que per singulas tempora distinximus singulis temporibus sufficiant ad legendum armarius provideat quid de tractatibus Patrum secundum temporis congruentiam in refectorio ligi debeat.

In festivitibus sanctorum legantur vite vel passionem eorum<sup>1</sup>.

In festo omnium sanctorum legitur expositio Augustini de Sermone Domini in monte.

In festo defunctorum, Augustini super Johannem legitur in capitulo, quod sic incipit *Erat quidam languens La[zarus]*<sup>2</sup>.

Si octabe Pentecostes in junio mense evererint, legatur liber Regum ad mensam usque

---

<sup>1</sup> Ce passage est en intégralité dans le ch. 48. du *Liber ordinis*, « *De lectione mensae* ».

<sup>2</sup> Le *Liber ordinis* donne : « *Quod fuit ab initio* ». Il s'agit de l'*Homelie per circulum anni pars hiemalis*, d'Heiric d'Auxerre, omélie 54, l. 2, éd. Riccardo QUADRI, Turnhout, Brepols (CCCM, vol. 116A).

dum hystoria *In principio* incipiatur, exceptis festis ix lectionum et expositionibus euvangeliorum.

### [De processionibus episcoporum]<sup>1</sup>

In primis precedere debet frater ferens urceum cum aqua benedicta post eum duo fratres ferentes candelabra deinde sequitur frater cum turibulo [vel duo cum turibulis si sit plures persone vel etiam domini papa]<sup>2</sup> et hii fratres sint in superpelliciis post hos sequitur subdiaconus ferens crucem, et post hunc diaconus ferens textum & hii sint induti vestimentis paratis sicut ad missam]<sup>3</sup>. [Si Quadragesima fuerit, crux et textus discooperit ad altare tamen textus non ...]<sup>4</sup>. In hac etiam processione, dominus abbas et prior sint induti tantum albis paratis, cum stolis et manipulis. Prior debet ire post diaconum, domnus abbas post conventum. Cum autem conventus exierit extra in ecclesiam, et fratres qui sunt revestiti erunt extra janua[m] ecclesie domnus abbas accipiens aspersionem cum aqua benedicta tradit episcopo. Deinde incensat eum. Armarius autem incipit RESP. *Deum time*<sup>a</sup> vel aliud, si ita provisum fuerit. Quo facto, processio redit in chorum. Abbas autem et prior assistunt episcopo. Altare vero debet preparari sicut in festo non toto dupplici et cerei & lampades accendantur & tapetum cum pulvinari extendatur ante altare [si dominus papa suscipit ornetur altare, ut in to<to superplici> et pallium super<ponitur> pulvinari]<sup>5</sup>. Duę autem majores campanę devent pulsari longe ante quam episcopus veniat ad ecclesiam. Similiter fit quando processio aliqua venit ad ecclesiam nostram in hac processione[m] [Aliquod vero responsorium cante<tur> de sancto cujus est caps<a?>]<sup>6</sup>. Et duo sacerdotes sint induti albis paratis cum stolis et manipulis qui accipiantur capsam et deferant usque ad altare et iterum cum processu redierit efferant illam extra ecclesiam. Si autem abbas non fuerit revestitus, illi fratres qui incensaverint [f. 327v] capsam deferant illam. Si plura corpora sanctorum afferantur in capsis, cantetur RESPONSORIUM de omnibus sanctis *Concede nobis*<sup>b</sup> et dicatur sic et intercedentibus sanctis quorum hodie presentiam

---

<sup>1</sup> Addidit manu c ?

<sup>2</sup> Addidit in margine manu A aut B ?

<sup>3</sup> Addidit manu c ?

<sup>4</sup> Addidit in margine manu A ? Texte coupé lors de la reliure au XIX<sup>e</sup> s.

<sup>5</sup> Addidit in margine manu A ?

<sup>6</sup> Idem addidit manu A ? Mêmes problèmes de coupure du texte à la reliure.

veneramur vel RESP. *Sint lumbi*<sup>c</sup> et capsam que ultimo portatur accipiant sacerdotes<sup>7</sup>.

---

<sup>7</sup> Cf ms BnF lat. 14810, f. 4.

<sup>a</sup> CAO, n°6416.

<sup>b</sup> CAO, n°6305.

<sup>c</sup> CAO, n°7675.

## De processionibus

Quando processio parisiensis transit vigilia Ascensionis ante nostram ecclesiam, diu ante quam accedant duę sacerdotes induti albis paratis cum stolis & manipulis exeuntes ad eos, cum duobus fratribus in superpelliciis turibula ferentibus primum incensent reliquias, deinde canonicos, due autem campane tamdiu pulsantur quo usque sint aliquantulum longe ab ecclesia.

Cum in Quadragesima processio Pariensis<sup>1</sup> venit ad ecclesiam nostram, due majores campane, antequam accedant ad ecclesiam, aliquamdiu pulsantur et cum intrat ecclesiam, totum classicum; similiter cum redierint totum classicum pulsetur quousque sint extra portam ultimam. Ad ultimum vero due majores campane, donec sint aliquantulum longe ab ecclesia. Hoc similiter fit quando supradicta processio cum reliquis venit ad ecclesiam nostra. Conventus autem debet sedere in claustro. Altare vero debet preparari pallio et mappa parata. Tres cerei accendantur et lampades ante altare tapetum etiam ponatur ad graduum sanctuarii ubi sacerdos prostratus dicat preces. [Duo autem sacerdotes de senioribus induti superpelliciis sub cappis submoniti ab abbate exeant ante ecclesiam, deferentes secundum textum involutum mappula, et cum processio regressa fuerit, dicat unus eorum clericis, apperrens eis textum ad deosculandum: « recipimus vos in <exceptionibus?> et beneficiis hujus ecclesie »]<sup>2</sup>.

Quando conventus Parisiensis venit ad ecclesiam nostram in festo sancti Victoris, pulsatur pro eis; et quando veniunt et quando recedunt, suum est cantare responsorium ad missam, nostrum est cantare *Alleluia*. Subdiaconus dicta epistula et illi qui cantaverunt resp. & *Alleluia* debent flectere genua ante episcopum ad benedictionem. Si precentor Parisiensis

---

<sup>1</sup> Sic.

<sup>2</sup> Addidit in margine manu B?

teneat chorum, debet accipere pacem ab eo qui cantat missam et dare diacono.

Hoc quoque summopere retinendum quod conventus Sancti Victoris Parisiensis pro processione facienda vel pro aliqua alia occasione nullatenus exit extra muros.

**Quecumque festivitas eveniat in sabbatis Quatuor temporum**, missa de jejunio semper celebretur in majori altari.

Hoc quoque notandum quamdiu **quibuslibet diebus jejuniorum Quatuor temporum** semper missa de jejunio post [f. 328] sextam debet celebrari in Adventu, videlicet et septembri etiam si festum sit ix lectiones.

[De missa matutinalis]<sup>3</sup>

**Omni die dominico in qualibet missa**, nisi sit pro defunctis, dicimus *Credo in unum*. Quando etiam *Credo* dicitur in majori missa, et in matutinali dicitur, nisi sit pro defunctis.

In omni festo ix lectionum quod feriat, dicuntur in missa matutinali, [nisi sit pro defunctis]<sup>4</sup>, cotidiane orationes que solent dici in majori missa. In festo vero quod non feriat, dicuntur in majori [nisi sit Quadragesima vel jejunium Quatuor temporum]<sup>5</sup> [memorie sanctorum que fuerint ex accidenti vel propter post octavam pennam orationem ante cotidiane orationes suum in majore sive in matutinali missa debent dici]<sup>6</sup>.

In festo non toto duplici dicuntur de cotidiane orationibus in missa matutinali tamen secunda, scilicet de sancta Maria et de omnibus sanctis. In toto duplici nulla fit mencio de cotidiane orationibus, hec infra octabas Pasche, et Pentecostes et Natalis.

Si contingat quod in festo feriali missa matutinalis sit pro defunctis, orationes de sanctis in majori missa dicatur. Numquam enim fit memoria<sup>7</sup> de sanctis in missa pro defunctis quando in conventu canitur.

---

<sup>3</sup> Addidit in margine manu c ?

<sup>4</sup> Addidit in margine manu A aut B.

<sup>5</sup> Addidit in margine manu A aut B.

<sup>6</sup> Addidit in margine manu A aut B.

ORATIO pro rege scilicet *Quesumus, omnipotens Deus*<sup>a</sup> et ORATIO pro benefactoribus scilicet *Pretende*<sup>b</sup> non dicuntur in missa in qua cotidiane orationes dicuntur nec in missa que fit sollempniter pro defunctis ; sed tunc debent dici in tertia missa. Quando autem dies est laboris, dicuntur in missa matutinali vel secunda, quod idem est, hiis exceptis que diximus.

Quando oratio pro pace dicitur, vel pro infirmis seu pro qualibet alia eam in secunda missa dicitur nec intermittitur<sup>8</sup> pro aliquo festo.

Quando vero dicitur in missa in qua ORATIO scilicet *Pretende, Deus omnipotens b*<sup>c</sup>. dicitur, post ipsam debet dici.

Quando ex accidenti vel propter octabas fiunt memoria sanctorum et de dominica, memoria de sanctis precedit memoria de dominica, excepta dominica infra octabas Natalis.

Quando dominica infra octabas Natalis Domini, missa matutinalis est *Puer natus est nobis*<sup>d</sup> et dominica infra octaba Epiphanie est missa matutinalis *Ecce advenit*<sup>e</sup> et dominica infra octaba Ascensionis est missa matutinalis *Viri Galilei*<sup>f</sup>.

Tunc non fit memoria de dominica in missa matutinali, quia missa major et matutinalis, quasi pro eadem reputantur. Inde est quod prefatio et communio que dicuntur in missa matutinali dicuntur in missa de dominica.

---

<sup>7</sup> mentio] ms lat. 14810, f. 4v<sup>a</sup>.

<sup>8</sup> intermittuntur] ms lat. 14810, f. 4v<sup>a</sup>

<sup>a</sup> CO, n°4880a.

<sup>b</sup> CO, n°4587b ?

<sup>c</sup> CO, n°4587b ??

<sup>d</sup> AMS, n°11.

<sup>e</sup> AMS, n°18.

<sup>f</sup> AMS, n°101.

[f. 328v]

### **De defunctis**

Quando fit septenarium pro aliquo defuncto, si vigilie pro defunctis trium sint lectionum, prima ORATIO dicitur pro septenario, scilicet *Omnipotens sempiterne Deus*

*c<allocare>*<sup>a</sup> Numquam nisi forte fit obitus alicujus episcopi et similiter in secunda missa. Si vero anniversarius sit IX lectiones, prima oratio est pro anniversarium et oratio pro septenario dicitur ante ORATIONEM *Deus, venie largitor*<sup>b</sup>.

Secunda missa vel matutinalis, quod idem est cotidie debet cantari sive in conventu, sive private, exceptis tribus diebus ante Pascha. Quando private cantatur, est pro defunctis et, nisi precedenti die sint facte vigilie pro defunctis, prima ORATIO dicatur *Deus, venie largitor*<sup>c</sup>.

Quando aliquis fratrum abbatiarum ordinis nostri moritur, debemus facere plenarium officium cum commendatione pro eo. Similiter facimus quando aliquis canonicorum ecclesiarum in quibus annualia habemus. Semper autem, quando fit aliqua commendatio debent pulsari signum.

Quando corpus alicujus episcopi defuncti vel alicujus reverende persone affertur ad ecclesiam nostram, abbas vel prior vel aliquis sacerdos debet esse revestitus et diaconus et subdiaconus aliquando albis paratis, aliquando non paratis; et fratres qui portant candelabra et thuribula et urceolum debent esse in superpelliciis. Et si abbas providerit, quatuor sint fratres induti albis vel superpelliciis, ut deferant corpus in choro. Similiter fiant quando effertur corpus ad sepulturam. In dispositione autem est abbatis quibus hujusmodi honor exhibentur.

[Quando fuit sollempnes vigilie pro defunctis, due primę orationes que dicuntur in vigiliis dicuntur etiam prime in missa matutinali, nisi presens defunctus adfuerit. Si vero sint IX lectiones vel trium, omnes orationes eo ordine quo dicuntur in vigiliis dicuntur in missa matutinali nisi presens sit defunctus, excepta ORATIONE *Inclina, Domine*<sup>d</sup> que dicitur in tertia missa. Sunt igitur tres orationes que semper dicuntur in vigiliis, scilicet *Deus, venie largitor*<sup>e</sup>; *Inclina*<sup>f</sup>; *Fidelium*<sup>g</sup>. Sunt et alie que sepius dicuntur, scilicet *Deus in indulgentiarum*<sup>h</sup>, *Omnipotens sempiterne Deus c[allocare ?] n.*<sup>i</sup>, *Deus, qui vitam sa.*<sup>j</sup>, *Quesumus, Domini, pro tua pietate*<sup>k</sup>.

Que cum dicuntur, semper ante tres supradictas dici debent. Orationes autem pro defunctis & oratio pro rege et pro benefactoribus et ORATIO *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum*<sup>l</sup>; quando non dicuntur, in missa matutinali dici debent in tertia missa. Unde oportet sepe esse sollicitum ebdomadarium tertiae misse que orationes in ea debeant dici.

Quando vigilie pro defunctis ita sollempniter fiunt, quando tertium et sextum responsorium a duobus, et nonum a tribus fratribus cantatur, sive pro anniversario sive pro presenti defuncto, abbatis et prioris est facere offertorium et missa matutinalis in majori altari debet celebrari cum diaconus et

subdiaconus indutis vestimentis paratis. Duo etiam fratres debent ferre candelabra tamen in missa pro presenti defuncti, aliquando habentur vestimenta parata, quandoque non habentur.

Quecumque missa cantetur in majori altari in Quadragesima sive quando pro defunctis cujus]<sup>1</sup> [f. 329] corpus est in choro, missa celebratur in secundo altari si sacerdos cum diaconus et subdiaconus procedat ab altare, vel si processio extranea sit in choro, semper debet abstrahi cortina a conspectu sanctuarii.

---

<sup>1</sup> *Addidit manu ?*

---

<sup>a</sup> CO, n°3799 ?

<sup>b</sup> CO, n°2204 ou 2205.

<sup>c</sup> CO, n°2204 ou 2205.

<sup>d</sup> CO, n°3110, 3111, 3112, 3113 ou 3114.

<sup>e</sup> CO, n°2204 ou 2205.

<sup>f</sup> CO, n°3110, 3111, 3112, 3113 ou 3114.

<sup>g</sup> CO, n°2684 ?

<sup>h</sup> N. id.

<sup>i</sup> CO, n°3799 ?

<sup>j</sup> N. id.

<sup>k</sup> CO, n°4843.

<sup>l</sup> CO, n°4064.

### **De processionibus.**

Quando fit processio pro pace, cantatur RESPONSORIUM *Tua est potentia*<sup>d</sup> [note : vel pro terra sancta *Domine Deus qui conteris*<sup>b</sup>]. In capella, ANT. *Sancta Maria*<sup>c</sup>, VERS. *Post partum*<sup>d</sup>, OR. *Protege Domine [famulos]*<sup>e</sup> sub pacis. Deinde letanie quam debent cantare omni tempore, excepta vigilia Pasche et Pentecostes, sacerdotes ebdomadariis de *Alleluia* vel de tractu.

Quando fit processio pro pluvia vel pro aeris, serenitate canitur RESPONSORIUM *Dominator Domine*<sup>f</sup>, ANT. *Sancta Maria*<sup>z</sup>, VERS. *Post partum*<sup>aa</sup>, OR. *Gratiam tuam*<sup>g</sup>. Deinde letanie.

Quando fit processio pro aliqua tribulatione, canitur responsorium *Domine rex omnipotens*, ANT. *Sancta Maria*<sup>z</sup>, VERS. *Post partum*<sup>aa</sup>, OR. *Concede nos famulos*<sup>h</sup> vel ORATIO *Adjuvet nos quesumus, Domine, beate Marie*<sup>i</sup>. Sequitur letania que debet cantari a Pascha usque ad festum sancti Remigii in superperlicia quandoque cantatur missa pro hujusmodi necessitatibus quandoque non. Si cantatur missa, *Alleluia* non omittatur ; etiam si jejuniun fiat, non fit Septuagesima.

Cum necessitate urgente aliquo die dominico in quo non est festum duplex, sacerdos ebdomadarius indutus sacris vestibus. Dum tertia cantatur, aquam facit benedictam, finita hora in transchorum cum ministris, aspergit altaria deinde fratrus in choro. Interim autem cantatur ANT. *Asperges me*<sup>j</sup> et cetera fiunt more solito.

Ad sacristam pertinet aquam facere benedictam private in festis totum duplex que contingit die dominico ; et etiam dominica infra octavam Natalis, si sit tamen festum duplex, et aspergere altaria et fratres in choro dum tertia cantatur ; et si non potest ante processio, post processio cetera aspergat altaria, et eat in dormitorio et in capella et in infirmaria et in refectorio, et dicat ibi orationes sicut fieri solet. Si vero hec implere non potuit, innuat ad faciendum alicui ex his qui jacent in ecclesia ; si tamen sit sacerdos et alii sacerdoti, hec similiter que supradicta sunt, de aqua benedicta debet facere sacerdos ebdomadarius in festis dupplicibus que contingunt dominica<sup>1</sup>.

---

<sup>1</sup> Cf *Liber ordinis*, ch. 43 « *Quo ordine die dominica aqua benedicatur* », pp. 200-203.

---

<sup>a</sup> CAO, n°7793.

<sup>b</sup> CAO, n°6492.

<sup>c</sup> CAO, n°4703.

<sup>d</sup> CAO, n°8169.

<sup>e</sup> CO, n°4755 ou 4756 ?

<sup>f</sup> CAO, n°6488.

<sup>g</sup> CO, n°2748, 49 ou 50.

<sup>h</sup> CO, n°706 ou 707.

<sup>i</sup> CO, n°203.

<sup>j</sup> CAO, n°1494.

### **De consecratis altaribus**

Majus altare consecratum est in honore beati Victoris martiris Massiliensis et sancti Augustini Yponensis episcopi et sancte Genovefe virginis.

Secundum altare consecratum est in honore beati Dionisi Ariop[agensi] et sancti Nicolai.

Altare singulare quod est a parte meridiana consecratus est in honore omnium apostolorum.



Altare [duo]<sup>1</sup> quod est a parte aquilonari consecratum est in honore sancti Johannis Baptistę & sancti Johannis Euvangeliste

[Altare proximum consecratum est in honore sancti Olavi martiris et regis, sancti [Eligii] confessoris et sancte Margarete virginis]<sup>2</sup>.

Altare <tercium> quod est in oratorio sancti Leodegarii consecratum est in honore ejusdem martiris Augustidunensis episcopi & sancti Benedicti abbatis et sancte Aureę virginis.

Altare quod est post retrochorum consecratum est in honore sanctę Crucis & sancti Martini Turonensis & beatę Agathę virginis.

Altare majus quod est in capella Parisiensis episcopi consecratum est in honore beati Stephani prothomartiris.

Altare quod est in oratorio sancti Thome consecratum est in honore ejusdem martiris Cantuariensis archiepiscopi et sanctorum martirum Laurentii, Urbani papę atque Christophori, sanctorumque [f. 329v] confessorum Nicholai, Hylarii Pictavensis & Bernardi Clarevalensis & beatarum virginum Anastasię, Praxedis et Katerine.

Majus altare de cripta consecratum est in honore genitricis Dei Marie, & sancti Vincentii, et beati Gregoriis pape, et sancte virginis Agnetis.

Altare quartum quod est a parte meridiana consecratum est in honore sancte et individue Trinitatis et beate Marie virginis, perpetue virginis, & vivifice Crucis, et beati Michaelis archangeli, et omnium sanctorum Dei.

[Capella de infirmaria consecrata est in honore beate Marie semper virginis et sancti Gabrielis et omnium sanctorum angelorum, sancti Johannis evangeliste, sancti Mauricii et sociis suis, sancti Silvestri pape, sancti Eligii confessoris, sancte Anne matris beate Marie et sancte Radegundis regine]<sup>3</sup>.

Altare quod est a parte aquilonari consecratum est in honore sancte Marię Magdalene et beati Sebastiani et sancti Marcelli parisiensi episcopi.

[Altare quintum quod est in capella infirmorum consecratum est in honore beate Marie virginis, &

---

<sup>1</sup> *Addidit in margine eadem manu.*

<sup>2</sup> *Addidit in margine manu c<sup>5</sup>.*

<sup>3</sup> *Addidit in margine inferiore manu c<sup>7</sup> (?).*

sancti Mauricii sociorumque ejus, et beati Silvestri pape]<sup>4</sup>.

Altare quod est in capella Lexoviensis episcopi consecratum est in honore transfigurationis Christi & sanctorum apostolorum Petri et Jacobi et Johannis.

[Altare quod est huic proximum a parte meridiana consecratum est in honore sancti Nicholai, et sancti Luce euangeliste, et beati Stephani prothomartiris, et beati Egidii abbatis, et sancte Lucie virginis. Altare quod est juxta, retro a parte aquilonari, consecratum est in honore sancti Michaelis, et omnium angelorum, et sanctorum Innocentium,]<sup>5</sup> [sancti Marci euangeliste, beati Clementi, sancti Blasii, sancti Ursini confessoris episcopi, qui dicitur esse Natanael de euangelio et sancte Cecilie virginis]<sup>6</sup>.

---

<sup>4</sup> Le début de cette entrée est barré et le mot « *vacat* » est noté en interligne pour signaler l'absence ou l'inexistence de cet autel.

<sup>5</sup> *Addit in margine alia manu.*

<sup>6</sup> *Addit in margine alia manu.*

### **De ablutione altaris**

Cum altaria lavantur in cena Domini, singula resp. sine versibus de hist. *In monte oliv.* sicut sunt in ordine per singula altaria cantantur et si plura sint altaria, quam resp. a principio incipiantur, responsoria hoc tamen sciendum est quod altare non abluatur nisi sit consecratum.

Ad altare sancti Victoris, post responsorium, cantatur ANTIPHONA *O rex glorie*<sup>a</sup>, VERS. *Ora pro nobis*<sup>b</sup>, OR. *Deus, qui beatum Victor*<sup>c</sup>.

Ad altare sancti Dionisii, cantatur ANT. *O beate Dionisi*<sup>d</sup>, VERS. *Letamini in Domino*<sup>e</sup>, OR. *Deus, qui beatum Dionisium*<sup>f</sup>.

Ad altare apostolorum, cantatur ANT. *Gloriosi principes*<sup>g</sup>, VERS. *In omnem terram*<sup>h</sup>, OR. *Deus, cujus dextera beatum Petrum*<sup>i</sup>.

Ad altare sancti Thome, [cantatur ANTIPHONA *Beatus vir qui*]<sup>j</sup><sup>1</sup>, VERS. *Gloria et honore*<sup>k</sup>, OR. *Adesto, quesumus, Domine supplicationibus nostris*<sup>l</sup>.

Ad altare sancti Johannis, [cantatur]<sup>2</sup> ANT. *Inter natos*<sup>m</sup>, VERS. *Fuit homo*<sup>n</sup>, OR. *Presta,*

---

<sup>1</sup> *Corrigit manu B ?*

<sup>2</sup> *Corrigit manu B ?*

*quesumus, omnipotens Deus*<sup>o</sup>.

[Ad altare sancti Nicholai, cantatur ANT. *Amicus Dei Nicholaus*<sup>p</sup>, VERS. *Amavit eum Dominus*<sup>q</sup>, OR. *Deus, qui beatus <Nicholaus>*<sup>r</sup>.

Ad altare sancti Michaelis, cantatur ANT. *Michael archangele*<sup>s</sup>, VERS. *In conspectu angelorum*<sup>t</sup>, PS. *Tri[...]*<sup>u</sup>, OR. *Perpetuus*.

Ad altare sancti Olavi, cantatur ANT. *Qui odit*<sup>v</sup>, VERS. *Posuisti Domine*<sup>w</sup>, OR. *Presta, quesumus omnipotens*<sup>wv</sup>.]<sup>3</sup>

Ad altare sancti Leodegarii, cantatur ANT. *Hic est vere martir*<sup>x</sup>, VERS. *Scuto bone*<sup>y</sup>, OR. *Letetur ecclesia tua*<sup>z</sup>.

Ad altare sancte Crucis, cantatur ANT. *Salva nos, Christe*<sup>aa</sup>, VERS. *Omnis terrae adoret te, Deus*<sup>bb</sup>, OR. *Adesto nobis, Domine Deus noster*<sup>cc</sup>.

Dum hec supradicta altaria, lavantur stat conventus in choro, postea vadit in criptam.

Ad majus altare in cripta, ANT. *Sancta Maria*<sup>z</sup>, VERS. *Post partum*<sup>aa</sup>, OR. *Concede nos, famulos*<sup>ee</sup>.

Ad altare sancte Marie, ANT. *Maria ergo*<sup>dd</sup>, VERS. *Dimissa sunt ei peccata*<sup>ee</sup>, OR. *Largire nobis clementissime pater*<sup>ff</sup>.

Ad altare sancte Trinitatis, ANT. *Te invocamus*<sup>gg</sup>, VERS. *Benedicamus patrem*<sup>hh</sup>, OR. *Omnipotens sempiterne Deus qui dedisti*<sup>ii</sup>.

In capella de infirmum, ANT. *Ave Maria*<sup>jj</sup>, VERS. *Diffusa est gracia*<sup>kk</sup>, OR. *Protege Domine famulos tuos*<sup>bb</sup>.

Quando jejunia Quatuor Temporum celebrantur alia ebdomada quam in ea cui attitulantur epistule & euvangelia quarte & sexte ferie in quo celebrantur dicantur in ebdomada cui jejunia attitulantur nisi festum evenerit.

Hoc autem est notandum quod missa de dominica semper die dominica cantetur nisi contigerit valde magna necessitas et [f. 330r] si defunctus extraneus afferatur, missa cantetur pro eo, pro ut abbati visum fuerit.

---

<sup>3</sup> *Addidit in margine alia manu.*

- 
- <sup>a</sup> CAO, n°4079.  
<sup>b</sup> CAO, n°8164.  
<sup>c</sup> Propre pour saint Victor : *Deus, qui beatum Victorem martirem tuum contra hostis antiqui [serviciam] dimicantem angelica visitatione confortasti eius intercedentibus ab omni nos absolve [pactorum] viriculo et in eterna letitia fac gaudere cum illo. Per Dominum.*  
<sup>d</sup> CAO, n°3999.  
<sup>e</sup> CAO, n°8120.  
<sup>f</sup> CO, n°1472b.  
<sup>g</sup> CAO, n°2960.  
<sup>h</sup> CAO, n°8097.  
<sup>i</sup> CO, n°1158b.  
<sup>j</sup> CAO, n°1674.  
<sup>k</sup> CAO, n°8081.  
<sup>l</sup> CO, n°174 ou 175.  
<sup>m</sup> CAO, n°3370.  
<sup>n</sup> CAO, n°8075.  
<sup>o</sup> CO, n°4491, 4492 ou 4521.  
<sup>p</sup> CAO, n°1387.  
<sup>q</sup> CAO, n°7941.  
<sup>r</sup> N. id.  
<sup>s</sup> CAO, n°3754.  
<sup>t</sup> CAO, n°8092.  
<sup>u</sup> N. id.  
<sup>v</sup> CAO, n°4488.  
<sup>w</sup> CAO, n°8170.  
<sup>x</sup> CAO, n°3056.  
<sup>y</sup> CAO, n° 8192.  
<sup>z</sup> CO, n°3216 ?  
<sup>aa</sup> CAO, n°4686.  
<sup>bb</sup> CAO, n°8161.  
<sup>cc</sup> CO, n°158.  
<sup>dd</sup> CAO, n°3699.  
<sup>ee</sup> Cantus, n°800106 :  
<http://bach.music.uwo.ca/cantus/search.asp?submitType=details&cantusID=157165>  
<sup>ff</sup> CO, n°3231.  
<sup>gg</sup> CAO, n°5119.  
<sup>hh</sup> CAO, n°7966.  
<sup>ii</sup> CO, n°3920.  
<sup>jj</sup> CAO, n°1539.  
<sup>kk</sup> CAO, n°8014.

[Quedam noticiam]<sup>1</sup>

**Quando pro aliquo duplici festo quod contingit die dominico**, ebdomadarii non recitantur inbrem in sabbato ; nichil ominus tamen armarius debet eos scribere in tabula, et dicere ipso die dominico hii qui debent esse ebdomadarii inspiciant breve ; hii tamen dies excipiuntur Pasche et Pentecostes et Natalis si contingerat die dominico.

**Cum missa matutinalis alicujus sancti que debent cantari in conventu**, urgente necessitate omittitur ; movente alluario cantet eam [private]<sup>2</sup> ebdomadarius secunde misse si ei vacat, vel alius sacerdos [et fiat memoria ad majorem missam]<sup>3</sup>.

**In utroque festo sancte Crucis, & per octabam Epiphanie & Ascensione & Assumpcione sancte Marie** ; cantatur ymnus ad primam sicut ad vespas ; et per octabam sancti Augustini, sicut ad nocturnos. Infra octaba, non totum duplex, festi canitur ymnus ad primam sicut *Jam lucis*<sup>4</sup>.

In quolibet die ad missam, ascendat ceroferarii cereos [ad altare antequam sacerdos procedat]<sup>5</sup>, corporalia, palle, linthea, vina altaris et [et tersoria in Pascha]<sup>6</sup> mutantur ; albe, tunice linee et amictus circa Septuagesima. Iterum tunice linee [& albe]<sup>7</sup> in festo sancti Victoris et iterum amictus in Pentecoste & in festo sancti Victoris & Omnium Sanctorum.

Manutergia tersoria mappule quibus calices & digni sacerdotis exterguntur ; in Natalis et circa Septuagesima, et in Pascha et in Pentecoste et in festo sancti Victoris et in nativitate sancte Marie et in festo omnium sanctorum, tamen si necesse fuerit ; et hoc et alia sepius mutantur [et camisie missalium]<sup>8</sup> [similiter]<sup>9</sup>.

**Per omnes octabas Pasche et Pentecostes et Natalis**, incensantur altaria [et etiam in vigilia Pasche et Pentecostes]<sup>10</sup>.

Et quotiens incensantur a Pascha usque ad festum sancti Remigii, tenetur patena a subdiacono in majori missa.

---

<sup>1</sup> *Addidit in margine manu c ?*

<sup>2</sup> *Addidit in margine manu A.*

<sup>3</sup> *Addidit in margine manu A.*

<sup>4</sup> Porte une notation musicale.

<sup>5</sup> *Addidit supra manu A.*

<sup>6</sup> *Corrigit alia manu.*

<sup>7</sup> *Addidit in margine.*

<sup>8</sup> *Addidit supra manu A.*

<sup>9</sup> *Addidit alia manu.*

<sup>10</sup> *Addidit in margine manu A.*

In omni missa quorumlibet sanctorum que cantatur die dominico, dicitur [*Credo*. Et quotiens *Credo* dicitur in majori missa, dicitur et in matutinali.

**In festo novem lectionum**, quod feriatur nisi propria missa matutinalis evenerit, solet cantari missa Spiritus Domini vel in Septuagesima salus populi, semel tamen in Septuagesima]<sup>11</sup>.

[f. 330v]

[**Quedam noticiam**]<sup>12</sup>

**Suffragia sanctorum** scilicet Michael archangele cum ceteris vel intermittimus a Natali usque ad octavam Epifanie, & a Cena Domini usque ad octavam Pentecostes & in festis IX lectionum et per octavam cujuslibet sancti que fiunt plenarie & in festo III lectionum quando invitatorium a duobus canitur et si festum finitur ad nonam, ad vespervas sequentes dicimus, omni alio tempore dicimus. Tamen memoria omnium sanctorum & memoria pro pace semper fit nisi in festo duplici et tribus diebus ante Pascha & per octavam Natalis, Pasche & Pentecostes.

**Psalmus familis**, scilicet *Deus misereatur* non dicitur a Natali usque ad octavam Epifanie et per octavam cujuslibet sancti, si fiant plenarie, et in festis IX lectionum & III lectionum, quando invitatorium a duobus canitur tamen si termina festum ad nonam, dicitur ad vespervas sequentes ; in omni alio tempore dicimus.

Quindecim psalmos non dicimus per octabas Natalis, Pasche & Pentecostes et in festis IX lectionum, ceteris diebus dicimus.

**Psalmis qui dicuntur in capitulo** scilicet *Verba mea* cum ceteris, intermittimus per octabas Natalis, Pasche & Pentecostes & in festo IX lectionum exceptio Parasceve et sabbato Pasche & festo omnium defunctorum ; omni alio tempore dicimus.

**Ab Adventu Domini usque ad Natalis & a Septuagesima usque ad vigiliam Pasche**, etiam in festis sanctorum et dieta<sup>13</sup> quando scilicet *Dominus illuminatio* cum sequentibus

---

<sup>11</sup> *Addidit infra alia manu ?*

<sup>12</sup> *Addidit in margine manu c ?*

<sup>13</sup> Entre guillemets, pour l'exponctuer ?

cantatur & in vigilia Epifanie et duobus diebus ante Pentecostem nisi sit festum IX lectionum & in festo Innocentium, non tamen in octava eorum intermittimus *Te Deum laudamus*, *Gloria in excelsis*, *Ite missa est* ; ceteris dicimus<sup>14</sup> diebus. Et sunt quasi comitancia, quando enim unum dicitur, dicuntur & reliqua excepto sabbato Pasche, quia tunc non dicitur *Te Deum laudamus* nec in sabbato Pentecostes nisi sit festum IX lectionum vel si invitatorium a duobus cantatur.

---

<sup>14</sup> Entre guillemets, pour l'exponctuer ?

[f. 331]

[Quedam noticiam]<sup>1</sup>

Post XXV psalmos et ad missam de jejunio, quia tunc fit prostratio quodcumque sit festum, vel etiam [ad missam]<sup>2</sup> pro rege vel pro pace vel pro alia necessitate.

Que prostratio non intermittitur pro aliquo festo [in missa]<sup>3</sup>.

Sed sciendum quod quando memoria sanctorum fiunt ex accidenti vel propter aliquas octabas non sumunt fratres veniam ; et quando ille sollempnitas antiphone scilicet *O sapientia* cum ceteris cantantur in Adventum, non fit prostratio post antiphonam, sed statim dicitur oratio post orationem, sumunt fratres veniam ad memoriam. A dominica post octavam Pentecostes usque ad Septuagesimam quando dieta cantatur die dominico, dicitur ad primam eadem die cum psalmo *Deus in nomine tuo* CXVII psalmus *Confitemini Domino* ; et a Septuagesima usque ad Pascha, psalmus *Dominus regnavit decorem*.

**Ab octabas Pentecostes usque ad cenam Domini**, quando dieta cantatur, dicuntur psalmi scilicet *Dominus Deus meus respice*, cum quatuor sequentibus ad primam cum psalmo *Deus in nomine*, primus secunda feria, secundus tertia, tertius quarta, quartus quinta, quintus sexta feria. In festo III lectionum, quando invitatorium a duobus cantatur, pulsantur signa et habentur vestimenta parata sicut in festo IX lectionum. Et si festum ad

---

<sup>1</sup> Addidit in margine manu c ?

<sup>2</sup> Addidit in margine manu B ( ? )

<sup>3</sup> Addidit in margine manu B ( ? )

nonam finitur, fit prostratio post nonam et non pulsatur totum classicum ad vespas.

**Quando conventus jejunat**, et una major missa est in conventu, et ipsa cantatur post terciam statim sexta cantatur post missam. Similiter fit in Quadragesima quando due magne misse sunt in conventu non tamen quatuor primis diebus.

Quando missa secunda cantatur post majorem, sicut fit aliquando in diebus jejuniorum, tunc non dicitur oratio majoris misse, in missa secunda nec etiam dicitur *Credo*.

In festo non toto duplex, debet ferre cum ceroferario candelas ceroferarius precedentis septimane ; et si processio fit, armarius provideat qui ferat urceolum & cetera et in toto duplex festo.

In festo toto duplex, legunt vel cantant terciam lectionem & responsorium diaconus de cetero sacerdote [V lect. : unius de superioribus fratribus, VI : unius de senioribus]<sup>4</sup>. In festo non toto duplex & IX lectionum, legunt vel cantant et diaconus et sacerdos quartam lectionem et responsorium de cetero sacerdote excepta septime lectione quam potest legere et sacerdos et diaconus.

---

<sup>4</sup> *Addit in margine manu B ?*

[f. 331v]

[**Quedam noticiam**]<sup>1</sup>

**Quando fiunt III lectiones**, diaconus et subdiaconus legit vel cantat prima lectio & resp. diaconus vel sacerdos II, solus sacerdos III. Et quando legitur expositio euvangelie sacerdos legit II lectiones.

---

<sup>1</sup> *Addit in margine manu C ?*



**In Pascha et Pentecoste**, sacerdotes et legunt et cantant, sed primum responsorium cantant diaconi vel sacerdotes, ideo quod subprior legit primam lectionem ; infra octaba Pasche & Pentecostes, primi tribus diebus, secundam & terciam lectiones & responsorium sacerdos ; ceteris diebus, secundam lectionem legit sacerdos.

**In festo totum duplex** cantant invitatorium quatuor sacerdotes, in festo non totum duplex, sacerdos vel diaconus duo.

In vigilia Pasche et Pentecostes scribuntur ad hodie off. soli sacerdotes [preter quam ad *Alleluia* post epistula]<sup>2</sup>. Et quamvis lectiones a superioribus incipiant legi scilicet a priore et subpriore tractus ab inferioribus incipiunt cantari, cereum benedicit diaconus et sine necesse fuerit, sacerdos.

---

<sup>2</sup> *Addit supra alia manu.*

**In jejuniis Quatuor temporum**, subdiaconus et diaconus cantant vel legunt tres primas lectiones & resp. vel *Alleluia*, quartam lectionem & resp. vel *Alleluia* diaconus vel sacerdos. In jejuniis que sunt infra Pentecoste, cantant bini et bini, quintam lectionem scilicet *Angelus Domini*, semper legit ille qui legit euvangelie. Et idem ordo servatur in cantando et legendo qui observatur ad matutinas etiam in quarta feria quando duo resp. cantantur.

Et sciendum quod omni tempore tractus & ab octaba Pentecostes usque ad Septuagesimam cantant *Alleluia* soli sacerdos ; ab octaba Pasche usque ad Pentecostem cantant diaconus vel subdiaconus primum *Alleluia* ad missam quando scilicet duo *Alleluia* cantantur & quando unum *Alleluia* cantatur.

**In festo totum duplex**, cantant ad missam resp. vel primum *Alleluia* diaconus, *Alleluia* vel tractum prior et subprior, & duo alii sacerdotes, et totum tractum cantant insimul quatuor.

In festo toto duplex cantant bini et bini resp., ultimum vero quatuor. In festo non

totum duplex, cantant tercium & sextum et novum responsoria <duo>.

**In Pascha et Pentecoste**, subprior & prior et abbas legunt lectiones, & in alio festo totum duplex tres ultimas. Et scribuntur semper ita in brevi, dominus subprior, dominus prior, dominus abbas.

**In festo toto duplex & per octabas Pasche et Pentecostes et Natalis**, pronunciatur [f. 332] breve et integro. Et etiam fratres qui habent aliquid cantare vel legere vel candelas ferre.

In festo ix lectionum, pronunciantur fratres qui habent aliquid legere vel cantare ad matutinas.

In festo trium lectionum nisi in his que supra sunt nominata et tribus diebus ante Pascha non pronunciantur fratres ad invitatorium.

**In Epifania** loco invitatorii scribitur ita : *In columbe* cum frater *N* & cetera.

**In festo non toto duplex et in Ramis palmarum et in cena Domini et in sabbato Pasche & Pentecostes** pronunciatur abbas vel prior vel subprior vel alius frater si ipsi defuerint, ad missam *In parasceve* non pronunciatur.

**Tribus diebus ante Pascha**, pronunciantur fratres qui debent cantare *Qui passurus* post resp. ad matutinas.

In sabbato pronunciatur breve *Ex integro* cum ebdomaariis. Sed in Pascha & Pentecoste & dominica que aliquando evenit ante octaba Natalis, non pronunciatur frater ad missam pro defunctis quod infra octaba Pasche & Pentecostes a prima die octabarum usque in sabbatum ; frater qui debet cantare matutinalis missam in sequenti die cantat missam pro defunctis & similiter per octabam Natalis & etiam octaba die nisi sit dominica.

**Ebdomadarius majoris missa non debet scribi in brevi** in sabbato nisi ad ix lectiones & ad missam & ad punctam. Per septimanam quando tres lectiones sunt non ponitur in

breviarii.

Ebdomadarius euvangelie & epistolę non scribitur ad invitatorium ex parte ebdomadarii sacerdotis.

Unus solus in sabbato frater non scribitur ad lectionem capituli et mense & collationis ; ad unam potest poni, potest etiam duas aliquando legere ; sed ad mensam & ad collationem non debet nisi pro magna neccessitate una die legere. Solet etiam observari aliquando ne unus frater ponatur in simul ad invitatorium ex parte ebdomadarii sacerdotis & ad lectionem mensę ne nimis gravetur.

**In vigilia Natalis**, post resp. ad matutinas debet pronunciari frater qui habet legere euvangelie ita : *Liber generationis* vel frater *N.* turibulum ferre, frater *N.* deinde sic pronunciatur. Primam missam celebravit dominus prior & similiter [f. 332v] pronunciatur qui habent cantare vel legere vel candelas ferre ad illam missam.

Postea scribitur sic : secundam missam celebravit, dominus subprior et deinde pronunciatur qui debent legere vel cantare vel candelas ferre ad illam missam.

Deinde, etiam sic scribitur sollempne missam celebravit dominus abbas ; postea etiam qui habent legere vel cantare vel candelas ferre pronunciatur ; et notandum quod ad primam missam et ad secundam pulsatur totum classicum.

**In vigilia etiam Epifanie**, pronunciatur sicut et in Natali feria qui debet legere euvangelie et qui habet ferre turibulum.

**Infra octavam Natalis, Pasche & Pentecostes**, cotidie pronunciatur frater qui debet cantare matutinalis missa et scribatur ita. Missam matutinalis cantat frater *N.* et statim sequitur sollempne celebravit dominus prior vel frater *N.*

Notandum est etiam quod ad tres ultimas lectiones in Natali datur una benedictio scilicet euvangelica lectio. Et in die Paschę & Pentecostes post primam benedictionem scilicet euvangelica lectio secuntur benedictionem scilicet *Dominus Dei filius, et Spiritus sancti gratia*. Et similiter ceteris diebus post datam benedictionem ad euvangelium secuntur benedictiones quę solent dici secundum feriam.

**In festo totum duplex**, excepto die Pasche, fit jubilus ad primas vespervas & ad nocturnos, post omnes antiphone. Nullo tempore fit jubilus ad completorium post antiphonam.

Cum frater aliquis propter occupationem alicujus officii vel propter aliquam aliam causam non facit septimane majoris missę, loco ejusdem missę & misse matutinalis debet duobus scrinius septimanis missam pro defunctis cantare. Et sicut alius sacerdos cum venerit ut ita dicam in ordine suo : iterum eandem missam cantare.

Cum aliquis frater abest a conventu potest scribi ad lectionem mense vel collationis cum redierit etiam si sit supremus in choro post ultimum fratrem qui est ex eadem parte chori. [f. 333]

Similiter etiam potest scribi ad septimanam majoris misse vel ad alias septimanas postquam tres vel quatuor vel aliquando quinque qui sunt posteam expleverint eas potest, etiam post sextum vel post septimum fratrem qui est post eum facere septimanam invitare ; si tanta sit copia fratrum.

**Observare etiam debet armarius** ut si fieri potest ex eadem parte chori scribatur in brevi ebdomadarius majoris misse et euvangelii & ex alia parte ebdomadarius epistulę et ceroferrarius ; et si hoc non potest fieri caveat ne ex eadem parte chori scribatur sacerdos majoris missę et ministri altaris.

**Quando sunt tres lectiones ad matutinas**, fratres qui pronunciantur ad legendum una die pronunciantur ad cantandum alia die et e converso ; tamen octabe Natalis & Pasche et Pentecostes excipiuntur.

Cum adveniente aliquo mense historia aliqua de tempore debet incipi sed supervenientes festivitates impediunt expletis festis incipimus librum qui debet ledi a principio legere & cantamus responsa secundum feriam.

[**Dominica infra octabas** cujuslibet festi legitur ad matutinas expositio euvangelii de dominica que

nondum lecta fuit nisi aliud festum IX lectionum evenerit vel nisi dominica illa proprium habeat euvangelium sicut dominica infra octabas dedicatio et dominica in octaba apostolorum Petri et Pauli et nisi sit in octavo die festum duplex]<sup>1</sup>.

---

<sup>1</sup> *Addidit manu A ?* .

**[Inter octabam Epiphaniae et Septuagesime** quando lectiones de expositione psalmorum leguntur ad matutinas prima dominica que vacat a festo IX lectionum legantur lectio scilicet Beatus vir et cetera et ut ita dica prima secunda feria que vacat a festo legantur lectio scilicet *Dominus illuminatio mea* et prima tertia feria que vacat a festo legantur lectio scilicet *Dixi custodiam* et sic de ceteris.

Si occurrat festum IX lectionum dominica quam hystoria primum debet cantari expletis festivitibus legatur habet a principio que debet tunc legi quicumque sit feria, et resp. secundum feriam. Semper dominicis diebus quando dieta canitur ab octaba Pentecostes usque ad Adventum tamen ad matutinas IX resp. cantatur de Trinitate, exceptis illis quando hystoria primum cantatur]<sup>1</sup>.

---

<sup>1</sup> *Addidit alia manu.*

[Si occurat festum IX lectionum dominica qua hystoria primum debet cantari, expletis festivitibus legatur liber a principio qui debet tunc legi quecumque sit feria et resp. secundum feriam. Semper dominicis diebus quando dieta canitur ab octaba Pentecostes usque ad Adventum tamen ad matutinas IX resp. cantatur de Trinitate, exceptis illud : quando hystoria primum cantatur.]<sup>1</sup>

---

<sup>1</sup> *Idem.*

[f. 333v]

*Tables de répartition des lectures, etc, aux offices. Le nom du frère est laissé libre (« frater N ») à chaque fois.*

[Quando duo fratres ponuntur in simul in brevi, ille qui majoris est ordinis debet primus pronuntiari]

[f. 334]

*Autres tables de répartition des lectures, célébration de la messe... « Post Pascha sic scribitur... » : indications pour l'armarius.*

[f. 334v]

*Répartition des lectures, etc, pour Noël (« In Natali »).*

[f. 335]

*Idem*

Deinde scribantur ebdomadarii qui debent pronunciari, si sit sabbatum.

In jejuniis Quatuor Temporum, ad hodiernum officium.

[f. 335v]

In ramis palmarum. (...)

In Parasceve. (...)

In vigilia Pasche. (...)

Hoc breve fit similiter in vigilia Pentecostes excepta benedictione cerei.

[f. 336]

**Institutio sancti Bernardi abbatis Clarevallensis quomodo cantare et psallere debeamus<sup>a</sup>.**

Venerabilis pater sanctus Bernardus abbas Clarevallensis precepit monachis hanc formam canendi tenere ; affirmans hanc Deo et angelis placere, ita dicens : psalmodiam tractim rotunde et una voce cantemur, metrum et finem versus similiter intonemur et simul dimitamur. Post metrum bonam pausam faciamus, nullus autem alios incipere et nimis currere presumat aut post alios multum trahere aut punctum multum tenere, similiter pausemus similiter cantemur semper ascultando. Quicumque incipit psalmum antiphonam,

hymnum aut responsorium aut *Alleluia* unam aut duas dictiones solus tractim dicat, aliis tacentibus et ab eo loco quo ille dimittit alii incipiant, similiter teneatir dum cantor reincipit antiphonam dum hymnos, *Alleluia*, responsoria cantamus; in clausulis aliquantum expectemur maxime in festivis diebus.

---

<sup>a</sup> Edité dans : WADDELL (Chrysogonus), « A plea for the institutio sancti Bernardi quomodo cantare et psallere debeamus », in *St. Bernard of Clairvaux, Studies commemorating the 8th centenary of his canonization*, éd. M. Basil PENNINGTON, Kalamazoo, Cistercian Publications, 1977, (Cistercian Studies Series, n°28), pp. 187-88 [en ligne] [http://www.chmtl.indiana.edu/tml/12th/BERINS\\_TEXT.html](http://www.chmtl.indiana.edu/tml/12th/BERINS_TEXT.html) (date de consultation : 25/10/2010)

[f. 336v]

A kalendis junii usque ad octabam beati Victoris dominicis diebus et festis duplicibus sic pulsetur ad matutinas ut fere primum nocturnum de die cantetur ceteris vero diebus circa crepusculum.

In hyeme sic pulsetur nota in mane et collatio post vespas ut hora prima et completorium semper de die cantentur preter quam in adventu.

Institutum est in capitulo de communi assensu quod cereus Paschalis ardeat in festis ix lectionum usque ad Ascensionem et etiam in tribus diebus continuis post Pascha.

Item ordinatum est in capitulo quod sicut solet antiquitus fieri. Ad primam ex quo iste psalmis *Adhesit pavimento anima mea*<sup>a</sup> inceptus fuerit nullus ingrediatur. Similiter ad completorium ex quo iste versus verumtamen oculis tuis considerabis inceptus fuerit, nullus ingrediatur. Item sciendum est quod ad vespas et ad ceteras horas beate Marie ex quo psalmi finiti fuerint, nullus ingrediatur.

Similiter ad vigiliis defunctorum ix lectionum ex quo lectio septima incepta fuerit, nullus ingrediatur. Ad vigiliis vero trium lectionum ex quo tertia lectio incepta fuerit, nullus ingrediatur.

---

<sup>a</sup> Ps. 118, 25.

[f. 337]

### **Fratres in obediis<sup>1 2</sup>**

Commorantes sicut in ordine statu cum est silentium teneant in ecclesia et precipue in mensa nec priores loquantur claustralibus in mensa et si audiant loquentes districte eis inhibeant auctoritate capituli.

Officiales etiam qui egrediuntur silentium in mensa teneant sicut claustrales et etiam in ecclesia.

Unusquisque fratrum et in mensa et in choro in obediis sit in ordine suo secundum quod prior vel posterior venit ad conversionem.

Si in obediis aliquos supervenire contigerit inter prandendum vel domesticos vel extraneos cura finem prandii maxime prior occasione eorum non detineat fratres in mensa sed cum fratribus surgat ad reddendas gratias eis qui supervenerunt remanentibus in mensa. [f. 337v] -sa.

Servientes domus et operarii exteriores non sedeant in mensa fratrum quantum fieri potest quia fratribus de hoc molestia et scandalum generatur. Si qui tamen ad mensam fuerint de necessitate admissi, tunc potissimum fratres teneant silentium et a risu et ab omni gestu in composito amplius se compescant.

Claustrales qui sunt in obediis numquam presumant scutellas reliquiarum etiam occasione elemosine foras mutere sed reliquie mense in prioris dispositione remaneant, caveant tamen priores ne reliquie que dande sunt pauperibus servientibus suis vel aliis tribuant nisi forte raro et urgente necessitate. Similiter claustrales vinum et panem foras mittere non presumant nisi de voluntate prioris.

Priores equitatis fratrum supervenientium provideant ad minus sicut suis et fratribus sicut sibi ne pro defectu providentie priorem fratres aliunde cogantur querere vel emere necessaria quod omnino prohibemus et ne priores vel officiales quando alicubi conveniunt pro aliqua re more secularum quasi ad symbolum mittant districte inhibemus.

---

<sup>1</sup> *Redux ab manu A ?*

<sup>2</sup> *Cf Liber ordinis*, ch. 51 « *De fratribus, qui ad oboedientias convertantur* », pp. 217-219. Le contenu n'est pas le même, mais ce chapitre rappelle celui du Liber ordinis et en réaffirme les principes.



Caveant claustrales ne molesti sint prioribus suis in [f. 338] requirendis non necessariis. Priores vero quantum loci facultas sustinet necessitatibus et infirmitatibus fratrum condescendant.

Priores quamdiu sunt in domibus suis pro posse suo divino servitio studeant interesse ne festinanter more secularium sed tractum et devote divini exsolvant obsequium.

Si steti potest in qualibet obedientia una missa in die semper vocaliter cantetur et responsa de sancta Maria ad matutinas cantentur non more lectionis dicantur.

Priores non permutant clericos suos legere epistolam in missa, nisi ad minus sint subdiaconi et tales habeant circa se qui boni sint testimonii et ecclesiasticum noverint officium.

Fratres qui morantur in obedientiis anniversaria que scripta sunt in kalendariis suis diligenter faciant et in eis obitus fratrum decedentium vel ipsi nocent vel faciant annotari.

Observare debent priores et claustrales ut in Pascha in communicando populo hanc cancelam adhibeant ut quod residuum fuerit de sacramento ; ultra octo dies non secuetur corporalia sua et pallas suas et albas [f. 338v] lavent et mutant secundum consuetudinem quem abbatia servatur.

Priores lampadem in dormitoriis suis singulis noctibus ardere faciant et tam ipsi quam claustrales finitis matutinis quo usque mane surgant non loquantur.

Priores quando aliquid emunt pro necessitate domus non eo intuitu habundantius emant ut residuum carius vendant nec ad terminum vendant ut propter terminum carius vendant qui enim hec agunt et penam et culpam usurarios incurrunt hec eadem facere caveant omnino officiales.

Distracte prohibetur prioribus et omnibus officialibus qui denarios habent in sua administratione ne aliquid dent claustralibus intus vel foras constitutis sine speciali licentia abbatis. Prohibetur etiam omnibus [f. 339] claustralibus districte ne aliquid sine licentia abbatis accipiant.

Prohibetur prioribus et aliis fratribus ne venationi vel accipio aliquatenus intendant vel aves vel canes venancios in domibus suis nutriant. Non habeant hussellos simplices vel filtratos vel subtulares cum cortigiis vel nimis strictos et preacutos numquam intrent

cameras privatas sine caputio vel capa vel superpellicio cum caputio nec extra dormitorium deambulent sine caputio vel capa vel superpellicio, nec de die almucias habeant in capite nisi infirmi fuerint vel debiles sed caputiis simplicibus vel forratis prout opus fuerit ordinate utantur nec soli longuis equitent vel pedites eant vetera vestimenta que priores penitus deponunt, dent pauperibus tantum non servientibus vel familiaribus suis nisi pauperibus et ut pauperibus.

Caveant etiam summopere ne parentes suos cura se attrahant nec bona domus eis tribuant nec servientes habeant tenere etatis vel alias suspectos et precipue mulieres juvenculas et suspectas a granchiis suis penitus removeant nec permutant feminas intra septa [f. 339v] domus comedere vel bibere nec in aliquo loco suspecto moram facere nec faciant sibi minui a mulieribus nec caput nec pedes abluere et hoc idem claustralibus prohibemus.

Prohibemus etiam prioribus ne seculares personas laicos vel clericos in dormitoriis suis secum aliquando dormire permutant.

Caveant tam priores quam claustrales ne aliquis eorum solus cum sola muliere maneat in ecclesia nisi ut confessionem ejus audiat et hoc sine omni suspitione et si prior notaverit suspitionem cura fratrem vel frater cura priorem indicetur abbati sicut expressum est in ordine et de hiis et de aliis corrigendis.

Districte prohibetur omnibus ne vendant vestimenta sua nova vel vetera nec vestiarius aliquid a quoquam accipiat pro vestibus quas dare tenetur vestiarius vestimenta vetera undecumque veniant tradat abbati ut ad ejus dispositionem pauperibus erogentur camisas veteres et femoralia et subtulares det elemosinario ut ea pauperibus distribuatur.

Statutum est ut tam priores quam officiales quam claustrales capas pluviales habeant unius coloris [f. 340] et precii et quod nullus sibi eas apropiet similiter de subtularibus et mantulibus sed hec omnia in abbacia sint in custodia sub camerarii ut minister ea sicut unicuique oportet.

Inhibetur prioribus et claustralibus ne eant ad festivitates vicinarum parrochiarum secularium nisi forte raro ab aliquo nominato et honesto sacerdote invitentur et si venerint, nullatenus ibi comedant sed statim finita missa revertantur prohibetur etiam prioribus ne causa peregrinationis quoquam longuis eant sine speciali licentia abbatis et generaliter

omnibus inhibetur ne officium physice exerrent vel occasione hujusmodi quequam egrediantur nec fiant compatres sine licentia abbatis.

Caveant officiales ne occasione commessionum divertant ad granchias nec ibi in ordinare se gerant nec officialis vel claustralis ex quo habent equitem servientem ducat secum peditem nisi manifesta necessitate et hoc de licentia abbatis.

Priores non operentur in quadrigis suis in diebus festis precipue illis qui in vicinia observantur nec in eis carrucas suas commodent vel locent alicui nec commodent equos suos claustralibus ad eundem quoquam sine li- [f. 340v] -centia abbatis nisi eos mutant pronegociis domus sue. Prohibetur etiam eis ne in festo sancti Victoris patroni nostri aliquod opus servile faciant in domibus suis, sed infra septa domorum suarum diem istum observent tamquam festivum.

Provideant etiam priores claustralibus in reficiendis vestibus et calciamentis et quando ad abbatiam redire debuerint, remittant eos, cum honesta et competenti equitatura.

Prohibetur etiam eis : ne iudicio sanguinis vel monomachie umquam inter esse presumant.

Districte praipitur omnibus ut in libris quos scribi fererunt ex quo venerunt ad conversionem tytulum communem apponanter hunc scilicet : Iste est liber sancti Victoris et cetera, et eos de cerero nullatenus alienare presumant.

Ad junctum est insuper quod omnes fratres foris morantes in omnibus missis defunctorum privatis dicant hanc orationem. Inclina pro defunctis canonicis illarum ecclesiarum in quibus annualia precipimus nec grave id reputent vel molestum cum pro istis conventus noster missa cotidiana se oneraverit.

[f. 341]

Omnibus prioribus in capitulo in virtute obedientie inhibitum est ne pecuniam mutuo accipiant ultra centum solidos sine licentia abbatis. Conceditur tamen priori de Puteolis ut usque ad XX libras mutuo accipiat non accepta licentia et priori de Floriaco, usque ad X libras. Omnibus autem sub pena excommunicationis inhibitum est ne pecuniam ad usuram mutuo accipere presumant.

## **De computatione priorum**

Nos constitutioni provinciali concilii adherentes in quo constitutum est priores ad abbatias venientes rationem reddant de statu domorum suarum semel in anno in capitulo quia dispendiosum esset una die omnium similiter priores rationes audire in capitulo de communi consilio fratrum nostrorum ordinavimus in capitulo ut per tres dies id faciamus videlicet in crastino nostre dedicationis in quo computabunt isti quinque priores de Athiis, sancti Pauli, de Vilers, de Nemore sancti Petri de Vallegaii.

Feria sexta post benedictionem nundinarum delendit isti quinque priores de Corboilo, de Floriaco, de Farunvilla, de Ampunvilla, de Putelois. Sequenti sexta feria isti quinque priores sancti Domnini de Montbeon, de Buciaco, de Amberto, de Cantoilo.

## **Innocentius tercius<sup>3</sup>**

Non estimet abbas que super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare cum abdicatio proprietatis sicut et custodia castitatis a Deo sit annexa regule monachali ut contra eam nec summus pontifex possit licentiam indulgere.

---

<sup>3</sup> *Alia manu, B ?*

[f. 341v]

**Institutum est de communi assensu in capitulo** quod omni tempore die sabbati missa de sancta Maria sollempniter celebretur sicut diebus dominicis nisi aliquod festum novem lectionum vel trium occurrerit preter quam in Adventu et Quadragesima et hoc modo ordinetur officium :

[*suit la partition de la messe Salve sancta parens*]

Hoc tres SEQUENTIE *Nato canunt, Letabundus* et *Hac clara die* dicantur inter Natale Domini et Purificationem si fieri potest. In Paschali tempore, secundum *Alleluia* de presenti

dominica quod secundo loco canitur, EUVANG. *Stabant juxta crucem.*

[f. 342]

*Les deux derniers feuillets avaient été utilisés comme gardes, et ne sont pas des statuts liturgiques bien qu'ils semblent traiter de matière liturgique.*

### III. AUTRES TRANSCRIPTIONS

[V1, f. 267]

#### <Prologue de l'ordinaire>

Incipit prologus.

Quoniam ecclesiastici ordinis usus vitio quidem oblivionis per singulos fere annos transmutatus plerumque errorem incurrit abusionis neccessarium duximus ordinem quidem antiphonarii non mutantem sed alia ex aliis libris neccessita colligentes annum usum seriatim describere, & quid per totum annum sive de tempore sive de festis sanctorum dicendum sit breviter annotare. Congruum enim est ut usus ecclesiasticus semper uniformiter teneatur, et tocuis altercationis molestia in posterum excludatur. Nos itaque ad Adventum Domini tocuis subsequentis anni operis sumentes exordium in primis quedam de ipso Adventu determinanda sunt summatarum determinabimus post modum vero ea que per singulos dies dicenda sunt latius explicabimus.

Explicit prologus.

[f. 269]

#### De jejuniis Quatuor Temporum<sup>1</sup>

In hac septimana sequenti jejunia temporum consuevimus et in secunda feria hujus septimane *RESPONSORIUM Clama* incipe.

#### Feria secunda

Ad matutinas & per totam ebdomadam, INVIT. HYMN. ANT. PS. VERS. sicut superius dicuntur, RESP. *Clama*, RESP. *Orietur*, RESP. *Ecce dies*.

In laudibus, ANT. *Ecce veniet*, PS. *Miserere mei*, cetera ad ceteros, CAP. HYMN. VERS. ut supra ; ANT. ad *Benedictus Egredietur*, OR. *Aurem tuam*.

Ad primam ANT. *Ecce veniet*, cetera ad ceteras horas.

---

<sup>1</sup> *Semaine des Quatre temps de l'Avent.*

Ad nonam, una ANT. dicatur.

Ad majorem missam *Gaudete* sicut est.

Ad vespervas, ANT. *Inclinavit* cum ceteris, ad *Magnificat Ecce Dominus noster* vel *O qualis evenerit*, OR. ut supra.

### **Feria tertia**

Ad matutinas, RESP. *Egredietur*, RESP. *Precursor*, RESP. *Festina*.

In laudibus, ANT. *Rorate celi* cum ceteris, ad *Benedictus* ANT. *Tu Bethleem*, OR. *Aurem*.

Ad primam, ANT. *Rorate celi* cetere ad ceteras horas.

Missa<sup>2</sup> *Gaudete* sicut est.

Ad vespervas, ANT. *In domum Domini* cum ceteris, ad *Magnificat*, ANT. *Beatam meam* vel *O qualis evenerit*.

### **Feria quarta**

Ad matutinas, lectiones de EXPOSITIONE EUVANGELIE *Missus est*, RESP. *Missus*, RESP. *Ave Maria*, RESP. *Suscipe verbum*.

In laudibus, ANT. *Propter Syon* cum ceteris, ad *Benedictus*, ANT. *Missus est angelus*, OR. *Presta, quesumus*.

Ad primam, ANT. *Propter Syon*, cetere ad ceteras.

Ad missam *Rorate celi* sicut est, prima COLLECTA sine *Dominus vobiscum*, OR. *Presta, quesumus*, LECTIO *Erit in novis*, EP. *Locutus*, EUVANG. *Missus*.

Ad vespervas, ANT. *Beatus vir* cum ceteris, ad *Magnificat*, ANT. *Quomodo fiet* vel *O qualis evenerit*, OR. *Presta, quesumus*.

### **Feria quinta**

Ad matutinas, RESP. *Modo veniet*, RESP. *Videbat*, RESP. *Montes*.

In laudibus, ANT. *De Syon* cum ceteris, ad *Benedictus*, ANT. *Vigilate animo*, OR. *Aurem*.

Ad primam, ANT. *De Syon*, cetera ad ceteras.

Ad missam *Gaudete*.

Ad vesperas, ANT. *Et omnis* cum ceteris, ad *Magnificat*, *O qualis evenerit*, OR. *Aurem tuam*.

### **Feria sexta**

Ad matutinas, lectio de EXPOSITIONE EUVANGELIE *Exurgens Maria*, RESP. *Emite agnum*, RESP. *Germinaverunt*, RESP. *Paratus esto*.

In laudibus, ANT. *Constantes* cum ceteris, ad *Benedictus*, ANT. *Ex quo facta est*, OR. *Excita Domine*.

Ad primam, ant. *Constantes*, cetera ad ceteros.

Missam *Prope esto Domine* sicut est, OR. *Excita*, EP. *Egredietur*, EUVANG. *Exurgens*.

Ad vesperas, ANT. *In conspectu* cum ceteris, ad *Magnificat* ANT. *O qualis evenerit*, OR. *Excita Dominus*.

### **Sabbato**

Ad matutinas, lectiones de EXPOSITIONE EUVANG. *Anno quinto*, RESP. *Rorate celi*, RESP. *Nascetur*, RESP. *Annunciatum est*.

In laudibus, ANT. *Dabit ei Dominus* cum ceteris, ad *Benedictus* ANT. *Omnis vall.*, OR. *Deus qui conspicis*.

Ad primam, ant. *Dabit ei*, cetera ad ceteras.

Ad missam *Veni*, OFFERTORIUM sicut est, utraeque ORATIONES sine *Dominus vobiscum*, qui legit ad missam in superpelliciis legere debent RESP. post lecti-[f.269v]-ones non iterantur post versum, post lectionem *Angelus Domini* cantatur TRACTUS *Benedictus es* a duobus finito primo versu respondet chorus *Benedictus es*.

Similiter per singulos versus respondet chorus *Et laudabilis* vel *Laudabile*.

---

<sup>2</sup> Matutinalis est *gratté*.



Ad *Gloria* surgunt fratres et inclinant usque *Sicut erat*, in recepto primo versu TRACTUS a duobus fratribus qui cantaverunt, totus conventus stans ipsum versum cantant, post epistolam TRACTUS *Qui regis* a duobus fratribus.

Ad vespas, ANT. Benedictus cum ceteris, CAP. HYMN. VERS. ut supra, ad *Magnificat* ANT. *O qualis evenerit*, OR. *Excita*.

## <Noël>

### [f. 270] In vigilia natalis Domini

In sexta, <VERS.> *Hodie scietis* ab uno cantatur.

Dieta secundum feriam, VERS. *Hodie scietis* quod veniet Dominus, lectio III de expositione euvangelii *Cum esset desponsata*, RESP. *Sanctificamini*, RESP. *Constantes*, RESP. *Judea*.

In laudibus, ANT. *Judex*, PS. *Miserere*, cetera ad ceteros.

In quacumque feria vigilia ista contigerit, quarta ANT. de matutinis laudibus idest *Ecce Dominus noster* non mutetur ; CAP., HYMN. ut supra ; VERS. *Crastina die delebet* ; ANT. *Cum esset desponsata* ; PS. *Ben[edictus]* ; OR. *Deus, qui nos redemptionis*.

Ad primam, ANT. *Judea*, cetera ad ceteros, CAP., RESP., VERS., COLL. non mutantur.

In capitulo, post quam lector dixerit *Jesus Christus filius Dei in Bethleem Jude nascitur*, totus conventus pro veneratione sancte Nativitatis Domini statim prosternitur et facit brevem orationem. Cum autem dominus abbas vel qui conventu tenet ab oratione surrexerit surgent omnes, et tunc lector reliqua incepte lectionis prosequitur et more solito finit.

Ad majorem missam *Hodie scietis* sicut est, ORATIONE *Deus qui nos redemptionis*, una tamen modo oratio dicitur, EP. *Paulus Christi servus*, EUVANG. *Cum esset desponsata* ; ad canonem misse, non prosternuntur fratres nec ad *Agnus Dei*.

Similiter ad nonam, non fit prosternatio sed mox port versiculum dicitur oratio.

Si vigilia ista dominica die contigerit, hoc modo fiat ad matutinas : INVIT. *Hodie scietis* ; HYMN. ut supra ; super psalmos ANT. *Ecce minibibus* ; PS. *Beatus vir*, cetera ad ceteros ; VERS. *Ex Syon species* ; lectio sexta de prophetia ; RESP. sextum de historia *Canite tu*.

In tercio nocturno, VERSICULIS *Hodie scietis* quod lectiones III de EXPOSITIONE EUVANG. *Cum esset desponsata* ; tria RESP. ultima de vigilia *Sanctificamini*, [VERS. *Sac[erdos]* ; *Ex Syon*

*species*] sicut sunt.

In laudibus, ANT. *Canite tuba cum ceteris*, CAP., HYMNUS ut supra, VERS. *Vox clamantes*, ANT. ad *Benedictus Ave Maria*, OR. *Excita Deus*, postea memoria de vigilia, ANT. *Cum esset*, VERS. *Crastina die delet*, OR. *Deus qui nos redet*.

Ad primam et ad ceteras horas, dicuntur ANT. de vigilia *Judea* cum ceteris. Missa matutinalis de dominica *Memento*.

Ad processionem, in capellam, RESP. *Suscipe in reditu*, RESP. *Judea et Jerusalem*.

Ad missam majorem *Hodie scietis* sicut est, *Alleluia Crastina die*, SEQ. *Jubilemus*.

### **In vigilia natalis Domini**

Super psalmos ANT. *Levate capita vestra* cum ceteris, PSALMI secundum feriam, CAP. *Populus gentium*, RESP. *Judea*, HYMN. *A solis ortus*.

Sciendum est quod omnes hymni usque ad purificationem sancte Marie tam diei [f. 270v] quam nocte in hoc versu scilicet *Gloria tibi Domine*, qui natus es de virgine et est.

Simetrum sustinuerit finiuntur, vers. *Tam quam sponsus*, ant. ad *Magnificat Dum ortus*, or. *Deus qui nos redet*.

Ad completoria, *Alleluia*, PSALMI cum [...] et cetera ; HYMN. *Virgo Dei genitrix*, CAP. *Tu in nobis* et VERS. *Custodi nos* ut supra. Ad *Nunc dimittis* ANT. *Alleluia verbum caro*.

Ad matutinas, INVIT. *Christus natus*, HYMN. *Redemptor*, ANT. *Dominus dixit*, PS. *Quare fratre* cetera ad ceteros, RESP. *Hodie nobis*, sicut est. [...]

[f. 271]

Missa major in die *Puer natus est nobis* sicut est, EP. *Multifarie*, SEQ. *In natale sal.*, EV. *In principio*. Hac die communicant fratres.

Ad sextam, ANT. *Gaudeamus*, CAP. *Apparuit gratia Dei*, RESP. *Notum fecimus Dominus*, OR. *Presta, quesumus, omnipotens*.

Ad nonam, ANT. *Nesciens mater*, CAP. *Virgo verbo*, RESP. *Benedictus qui venit*, OR. *Da nobis quesumus*.

Ab hac die, usque in crastinum octabe epiphanie cotidie dicuntur responsoria horarum cum

alleluia, excepto festo Innocentium nisi in dominica die fuerit.

In octaba, etiam tamen dicuntur.

Ad vespervas, ANT. *Tecum principium*, PS. *Dixit Dominus*, cetera ad ceteros, CAP., HYMN., VERS. ut supra ; ad *Magnificat*, ANT. *Lux orta*, OR. *Concede quesumus*.

[f. 279v]

### **De sabbato Quatuor Temporum<sup>3</sup>**

Sabbato vero prime septimane quando scilicet ad missam quatuor responsoria cantantur finitis versibus responsa non reincipiuntur. Similiter est quarta feria quando una lectio ante epistolam legatur, responsorium quod sequitur non repetitur et hec regula in aliis Quatuor temporum jejuniis observatur. In supradicto sabbato, sacerdos sequentis ebdomade dat benedictionem in refectorio.

Ipsa sabbato, ad vespervas ANT. *Benedictus cum ceteris*, CAP. HYMN. VERS. ut supra, RESP. *Esto nobis*, ANT. ad *Magnificat Descendentibus*.

[f. 300v]

### **De jejunio Quatuor temporum<sup>4</sup>**

#### **Feria III<sup>a</sup>**

Jejuniorum ad missam *Exultate Deo*, prima ORATIO sine *Dominus vobiscum*, *Misericordie tue*, LECTIO prima *Ecce dies veniunt*, OR. *Presta, quesumus, famulis*, EP. *Congregatus est*, EUVANG. *Respondens unius*.

Ad vespervas, oratio de dominica dicitur et similiter feria sexta.

Notandum quod his tribus diebus ad matutinas lectio et collecta de jejunio fieri debent.

Ad horas sicut in aliis diebus, ad vespervas oratio de dominica.

#### **Feria VI<sup>a</sup>**

---

<sup>3</sup> *Semaine des Quatre temps du carême.*

Ad missam *Letetur* cum OR. *Presta, quesumus, omnipotens Deus*, EP. *Convertere Israel*, EUVANG. *Rogabat Jhesum*.

## **Sabbato**

*Venite* sicut est, quinque ORATIONES sine *Dominus vobiscum*, OR. *Omnipotens sempiterne Deus qui per*, LECTIO prima *Locutus est Dominus ad Moysen*<sup>5</sup>, OR. *Da nobis quesumus*, LECTIO secunda *Locutus est Deus*, ad *Magnificat Dicens*, OR. *Tuere, quesumus, Domine*, LECTIO tertia *Domine, Deus noster*, OR. *Presta, quesumus, Dominus sic nos*, LECTIO quarta *Factum est verbum Domini*, OR. *Ut nos Domine tribuis*, LECTIO quinta *Angelus Domini*, CAP. *Benedictus es*, post TRACTUM sequitur OR. cum *Dominus vobiscum*, OR. *Deus qui tribus pueris*, EP. *Tabernaculum*, CAP. *Laudate Domine*, EUVANG. *Dicebat Jhesus*, simili hanc ad VERS. COLL. de dominica qualis evenerit dici debet non de jejunio.

[f. 293v]

## **Dominica quinta post Pascha**

(...) Ad vespervas, ANT. super *Magnificat Nunc scimus*.

## **De festivitibus si contingant in tribus diebus Rogationum**

Si festivitas IX lectionum vel etiam festum sancti Johannis ante [f. 294] Portam latinam in aliquo trium dierum rogationum evenerit, totum officium noctis et diei de festo fiet, excepto quando ad nonam terminabitur festum sancti Johannis ad matutinas et ad vespervas, memoria fiet de Rogationibus per ant. et oratio post terciam cantabitur missa de festo post sextam vero premissa processione, missa de jejunio. Si autem trium lectionum contigerit festum ad vespervas et ad matutinas, memoria et missa post primam de sancto illo fiet.

---

<sup>4</sup> *Semaine des Quatre temps de septembre*.

<sup>5</sup> sic.

## **De rogationibus, feria secunda**

### **Feria secunda Rogationum.**

Ad matutinas, HYMN. et cetera ut supra, lectiones tres de EXPOSITIONE EUVANGELII *Quis verum habet*, RESP. *Narrabo*.

In laudibus ut supra, ANT. ad *Benedictus Confitemini*, OR. *Presta, quesumus, ut qui*.

Hore ut supra.

His tribus diebus, fit processio hujus modo :

### **De processione**

Interim dum sexta cantatur, sacerdos et ceteri ministri altaris induunt se sacris vestibus et parata processione cum textu, cruce et aqua benedicta. Ebdomadarius de cantu incipit ANT. *Exurge Domine* cum VERSU, PSALMI *Deus auribus nostris*, et cetera ; sequitur *Gloria Patri*, post repetitionem antiphone VERSICULUM *Ostende nobis* et ORATIONEM *Parce Domine* dicit sacerdos in medio choro.

Qua finita, processio vadit in capellam et cantatur ANT. *De Jherusalem*, finita ANTIPHONA, incipit ANT. de sancta Maria : *Sancta Maria* ; deinde sequitur VERS. et ORATIO *Gratiam tuam* et RESPONSORIO *Amen*. Duo sacerdotes ebdomadarii de *Alleluia* in superpellicis procedentes in medium incipiunt letaniam.

Sciendum quod his tribus diebus triparcienda est letania sicut liber ostendit. Cum dictum fuerit *Sancta virgo virginum*, exit processio, et redit in ecclesiam, fratres qui letaniam cantant in medio incedere debent ut a precedentibus et subsequentibus audiri possint. Nota quod cum dictum erit propitius esto debent ministri preparare altare et sacerdos casulam induere, finita letania nec antiphona nec oratio dicitur, sed conventum fuerit ad finem et dicitur *Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis*.

Sine intervallo incipitur missa *Exaudivit* sicut est, EP. *Confitemini*, EUVANG. *Quis vestrum*.

Ad vesperas, super *Magnificat*, ANT. *Petite*, OR. *Presta, quesumus*.

### **Feria tertia in Rogationibus**

Feria tertia, lectiones III de sermone *Oportet fratres*, RESP. *In toto corde et cetera*. Ad *Benedictus Omnis qui petit*, OR. *Deus qui nos conspicias*.

Ad processionem, ANT. *Cum jocunditate* [f. 294v], qua finita, incipitur ANT. de sancta Maria, *Ave Maria*. Dicta vero collecta sequitur letania.

Ad missam *Exaudivit*, EP. *Obsecro primim*, EV. *Petite*.

Ad vespere, super Magnificat ANT. *Si ergo vos*, OR. *Deus qui nos conspicias*.

### <Ex commune sanctorum>

[f. 323v] **In festo unius martyris IX lectiones et trium**

#### **Ad primas vespere**

Ad capitulum incipitur. CAP. HYMN. VERS. ut supra<sup>6</sup>; ad *Magnificat*, ant.: iste antiphone alternatim dicantur scilicet ANT. *Beatus vir qui suffert*, ANT. *Coronam glorie*.

Si festum martiris statim post festum alterius martiris sit, si autem una vel plures dies sint inter duo festa, ANT. *Beatus vir qui*, OR. *Presta, quesumus, omnipotens Deus* dicatur [si defuerit propria]<sup>7</sup>.

Ad matutinas, INVIT. *Justus florebit*, si IX lectiones fiant, HYMN. *Deus tuorum* super psalmos ANT. *In lege Domini*, PS. *Beatus vir*, cetera ad ceteros, HYST. *Iste sanctus* sicut est.

In laudibus, ANT. *Qui me confessus fuerit*, cum ceteris, CAP. *Iste sanctus*, HYMN. *Martir Dei*, VERS. *Justus ut palma*, ad *Benedictus*, ANT. *Nisi granum*, OR. *Presta, quesumus*.

Si defuerit propria, ad primam, ANT. *Qui me confessus*.

Ad tertiam, ANT. *Qui sequitur me*, CAP. *Hic est vir qui non est derelictus*, RESP. *Gloria et honore cum Alleluia* in fine si festum duplex est.

Similiter ad sextam et ad nonam in fine RESP. dicitur *Alleluia*, VERS. *Posuisti Domine*, OR. *Adesto Domine, supplicationibus nostris*.

---

<sup>6</sup> *Supra* : Cap. *Beatus vir qui suffert*, resp. *Gloria et honore*, hymn. *Deus tuorum*, vers. *Gloria et honore*.

<sup>7</sup> *add. marg. main A.*

Ad sextam, ANT. *Qui mihi ministraverit*, CAP. *Qui sequitur me*, RESP. *Posuisti Domine*, VERS. *Justus ut palma*, OR. *Letetur ecclesia tua*.

Ad nonam, si IX lectionum festum fuerit, ANT. *Si quis mihi ministraverit*. Si vero trium, ANT. *Volo pater*, [f. 324] CAP. *Iste cognovit*, RESP. *Justus ut palma*, VERS. *Scuto bone voluntatis*, OR. *Presta, quesumus*.

Ad vespervas, super psalmos ANT. *Volo pater*, PSALMI secundum feriam, CAP. HYMN. VERS. ut supra, ad *Magnificat* ANT. *Hic est vere martir*. Si festum martiris statim poste festum alterius martiris sit, si autem sit una vel plures dies inter duo festa, ANT. *Hic est vere martir* dicatur.

Quodlibet festum III lectionum sic celebratur : ad vespervas ad capitulum incipitur CAP. HYMN. VERS. sicut in festo IX lectionum, prostracio fit nocte et die ; INVIT. HYMN. *Dieta* de feria dicitur, VERS., ANT., LECT. de festo, RESP. secundum feriam.

In laudibus, una ANT. super psalmos, PSALMI *Dominus regnat* et cetera. In die ad horas sicut in festo IX lectionum nisi quod ad primam dicitur psalmi qui solet dici in privatis diebus, ante PS. *Deus in nomine*, duo psalmi de dieta dicitur ad primam.

Ad nonam, una ANT. de laudibus, tunc terminatur festum.

A Pascha tamen usque post octavam Pentecoste, non fit prostracio nec aliquis psalmi dicitur cum PSALMOS *Deus in no.* sub uno *Gloria*.

[ms BnF lat. 14810 (diurnal), f. 77v<sup>o</sup>]

### **Sancti Marci euvangeliste**

Ad vespervas, CAP., HYMN., VERS., sicut unius martiris, ad *Magnificat*, ANT. *Filie Jerusalem*.

ORATIO ad omnes horas : *Deus qui beatum Marcum euvangelistam, tuum euvangelice predicationis gratia sublimasti, tribue, quesumus ejus nos semper et erudicione proficere et oracione defendi. Per.*

Hore sicut in festo sancti Georgii.

Ad vespervas, *Alleluia* et PSALMI secundum feriam, ad *Magnificat*, ANT. *Hic est vir qui non est derelictus a Domino in die certaminis quia fideliter vicit in mandatis Domini. Alleluia.*

Si hoc festum infra ebdomadam Pasche evenerit, missa mencio fiet de eo. Si prima dominica post Pascha, feria secunda celebrabitur.



#### IV. IDENTIFICATIONS DES ANNOTATIONS OBITUAIRES

L'édition de l'obituaire donnée par Molinier<sup>8</sup> permet d'identifier précisément les anniversaires et obits dont une mention lapidaire est parfois portée sur le calendrier. Leur présence sur le calendrier sert d'aide-mémoire, il faut se reporter, pour plus de détails, à l'obituaire proprement dit, que l'on consulte quotidiennement à l'office de prime.

Ainsi, l'anniversaire signalé au IV des nones de janvier correspond certainement à celui d'Odon, prieur de Puisieux, « *nostri canonici, et patris et matris ejus* »<sup>9</sup>, dont Molinier indique qu'il est mort en 1210.

L'anniversaire porté au II des nones du même mois correspond à l'anniversaire solennel de dom Buchard, évêque de Meaux (mort en 1134), « dont le corps repose auprès de nous, pour le service duquel nous eûmes cent livres »<sup>10</sup>. Ce même jour, une commémoration solennelle des chanoines et des bienfaiteurs de Sainte-Geneviève de Paris est organisée, « dans laquelle nous avons une prébende perpétuelle »<sup>11</sup>.

Le VI des ides du même mois, on fait l'anniversaire du « vénérable Théobald », évêque de Paris, (mort en 1158) ; ainsi que l'anniversaire de maître Girard, évêque de Chartres (mort en 1188) ; enfin, on fait commémoration solennelle de tous les chanoines et bienfaiteurs de l'église Saint-Marcel, « par lesquels nous avons chaque année une prébende et une rente annuelle à perpétuité »<sup>12</sup>.

L'anniversaire solennel indiqué le XIX des calendes de février correspond à celui de dom Adam, préchantre de Paris, (mort vers 1140) et « notre chanoine, de son père et de sa mère »<sup>13</sup> dont les victorins obtinrent une prébende.

L'anniversaire du XV des calendes correspond à celui de Garnier, sous-diacre, chanoine de Saint-Marcel, et de Guillaume, son neveu<sup>14</sup>.

---

<sup>8</sup> MOLINIER A., « L'obituaire de Saint-Victor de Paris », in *Les obituaires de la province de Sens, tome 1, diocèses de Sens et de Paris*, Paris, Imprimerie Nationale et Klincksieck, 1902, « Recueil des Historiens de la France », pp. 531 sq.

<sup>9</sup> Cf MOLINIER, *op. cit.*, p. 535.

<sup>10</sup> *Ibid.*

<sup>11</sup> *Ibid.*

<sup>12</sup> *Id.*, p. 536.

<sup>13</sup> *Id.*, p. 537.

<sup>14</sup> *Ibid.*

L'anniversaire du XIII des calendes correspond à celui de dom Guidon II de Montaigu, évêque de Châlons depuis 1144<sup>15</sup> (mort en 1147) et chanoine de Saint-Victor *ad succurrendum*<sup>16</sup>.

L'anniversaire mentionné au XII des calendes n'est pas identifiable puisqu'aucune précision ne lui est accolée ; et puisque Molinier n'indique pas de date de décès pour les trois anniversaires célébrés à cette date<sup>17</sup>.

Le XI des calendes de février, on célèbre l'anniversaire solennel de maître Jean Dani, « ami particulier de cette église et notre chanoine *ad succurrendum* (...) »<sup>18</sup>.

La commémoration solennelle du X des calendes correspond à celle faite pour les prémontrés, désignés comme « frères » des victorins<sup>19</sup>.

L'anniversaire solennel d'un évêque au VIII des calendes de février est celui de dom Gibert, évêque de Paris (mort en 1123 ou 24), et de son père et sa mère, qui donna un emplacement à Saint-Victor le premier et lui légua des terres. On célèbre aussi l'anniversaire de maître Guillaume, évêque de Châlons et chanoine de Saint-Victor (mort en 1122) ; ainsi que celui de dom Geoffroy, évêque de Chartres (mort en 1149)<sup>20</sup>.

L'anniversaire du VII des calendes est celui de Robert, abbé de Cherebore (mort après 1165), chanoine professé de Saint-Victor<sup>21</sup>.

L'anniversaire solennel du V des calendes est celui de maître Hugues de Novara (mort avant 1189)<sup>22</sup>.

L'anniversaire épiscopal indiqué au II des calendes de février est celui de dom Eudes, évêque de *Fercensis*<sup>23</sup>.

L'anniversaire solennel du II des nones de février est celui de maître Eustache, évêque d'Ely, mort en 1215. Ce même jour, on fait également l'anniversaire solennel de maître

---

<sup>15</sup> GAMS (Pius Bonifacius), *Series episcoporum ecclesiae catholicae quotquot innotuerunt a beato Petro apostolo a multis adjutus*, Ratisbonne, Manz, 1873, t. II, p. 534.

<sup>16</sup> *Ibid.*

<sup>17</sup> *Ibid.*

<sup>18</sup> *Ibid.*

<sup>19</sup> *Ibid.*

<sup>20</sup> *Ibid.*

<sup>21</sup> *Ibid.*

<sup>22</sup> *Id.*, p. 539.

<sup>23</sup> *Ibid.* Lieu non identifié. La seule hypothèse trouvée serait celle d'une déformation ou d'une mauvaise lecture du nom latin des îles Féroé (*Feroenses*).

Geoffro de Poissy, évêque de Meaux (mort après 1214).

L'anniversaire solennel du VI des ides est celui de Robert comte d'Artois (mort en 1250), fils du roi, « notre frère » (chanoine *ad succurrendum* ?)<sup>24</sup>.

L'anniversaire solennel du III des ides de février est celui d'Hugues de Saint-Victor (mort en 1141). L'anniversaire est également célébré pour sa mère et ses parents<sup>25</sup>.

Le XV des calendes de mars, on fait un anniversaire solennel pour Ebrard, doyen de Meaux et « notre chanoine professé »<sup>26</sup>.

On fait le VII des calendes l'anniversaire solennel d'Odon de Bar, seigneur de Chaumont, « notre frère » (mort après 1214)<sup>27</sup>.

Le III des nones de mars, on fait l'anniversaire solennel de Philippe comte des Flandres (mort en 1191), et de Mathilde sa femme (morte après 1208), desquels l'abbaye a reçu cent livres par<sup>28</sup>.

L'anniversaire solennel du III des calendes d'avril correspond à celui de maître Achard, abbé de Saint-Victor puis évêque d'Avranches (mort en 1171)<sup>29</sup>.

Aux ides d'avril, on fait l'anniversaire solennel de Gilduin, premier abbé de Saint-Victor (mort en 1155) ainsi que la commémoration solennelle des frères de Saint-Martin de *Ruricurve*<sup>30 31</sup>.

L'anniversaire du XVI des calendes de mai est celui de maître Philippe, évêque de Durham (mort en 1208)<sup>32</sup>.

Le XIII des calendes, on fait l'anniversaire solennel de Garin, évêque de Senlis, chancelier du roi de France, « notre frère » (mort en 1227)<sup>33</sup>.

L'anniversaire du XI des calendes de mai est celui d'Hugues, cardinal et évêque de Toscolano, chanoine de Saint-Victor (mort en 1142) ainsi que de son neveu Hugues, cardinal.

---

<sup>24</sup> MOLINIER, p. 540.

<sup>25</sup> MOLINIER, p. 541.

<sup>26</sup> MOLINIER, p. 542.

<sup>27</sup> MOLINIER, p. 543.

<sup>28</sup> MOLINIER, p. 546.

<sup>29</sup> MOLINIER, p. 550.

<sup>30</sup> Lieu non identifié.

<sup>31</sup> MOLINIER, p. 552.

<sup>32</sup> MOLINIER, p. 553.

<sup>33</sup> MOLINIER, p. 554.

Ce même jour on fait commémoration solennelle des sœurs du Paraclet<sup>34</sup>.

Le V des calendes de mai, on fait commémoration solennelle des frères et bienfaiteurs de l'église Sainte-Marie de Luçon<sup>35</sup>.

La commémoration solennelle des calendes de mai est celle des frères de l'église des Saints-Apôtres-Pierre-et-Paul d'Evan<sup>36</sup>.

Le VI des nones de mai, on fait commémoration solennelle des frères du monastère Saint-Crispin-le-Grand, de Soissons<sup>37</sup>.

Le V des nones de mai, on fait l'anniversaire solennel d'Henri, archevêque de Norvège, chanoine victorin<sup>38</sup>.

Le III des nones de mai, on fait l'anniversaire solennel de Hugues de Halberstadt, oncle d'Hugues de Saint-Victor, ainsi que la commémoration solennelle des frères et bienfaiteurs de Sainte-Marie de *Becci*<sup>39 40</sup>.

Le III des nones de juin, on fait commémoration des père et mère de Pierre Lombard<sup>41</sup>.

L'anniversaire solennel fait le III des ides de juin est celui de maître Alexandre, frère de maître Robert Amiclas ; ce même jour a lieu la commémoration solennelle des pontifes, chanoines et bienfaiteurs de l'église métropolitaine de Saint-Etienne de Senones.

Le II des ides de juin, on fait commémoration solennelle des frères et sœurs de l'église Notre-Dame de Sempligham et de toutes les congrégations du même ordre ; mais également de maître Girard de Grandville, doyen de Beauvais, chanoine victorin (mort après 1248). On fait pour lui une *commendatio* avant la messe. Enfin, on fait commémoration de maître Pierre de Tienville, chantre de l'église d'Aniane et neveu de maître Girard, qui donna plusieurs morceaux du chef de saint Victor qui furent transvasés dans un vase d'argent le 21 juillet 1351<sup>42</sup>.

Aux ides de juin, commémoration solennelle est faite des évêques, chanoines et

---

<sup>34</sup> *Ibid.*

<sup>35</sup> MOLINIER, p. 556.

<sup>36</sup> MOLINIER, p. 557.

<sup>37</sup> *Ibid.*

<sup>38</sup> *Ibid.*

<sup>39</sup> Lieu non identifié.

<sup>40</sup> MOLINIER, p. 558.

<sup>41</sup> Molinier, p. 562.

<sup>42</sup> MOLINIER, p. 564.

bienfaiteurs de l'église Sainte-Croix d'Orléans<sup>43</sup>.

